

Christi; & ad novem Angelorum Choros.  
264. Eodem modo, si alicui morbo caduco  
arcepto clam ad aures insuffles; *O Creatura  
dei momento Creatoris tui*, superstitiosus  
eris; quia observatio illa ea verba profertendi  
clari, & non palam, est vana. Superstitio-  
sus autem non eris, si hac ablata circumstan-  
tia, & insufflatione ad aures correcta in hoc,  
quod ad aures verba illa insuffles eo fine, ut  
eas morbum patiens audiat, & Deo se com-  
mendet. Quo correcto (ut bene advertit Tam-  
bur. An non potest habere locum in insufflatione  
ad aures equi, quia equus non est capax perci-  
piendi verba, & Deo se commendandi; unde  
loquendo de equo morbo arcepto, ut supersti-  
tiosus tollatur, oportet, ut etiam circumstantia  
insufflationis ad aures tollatur, precise recita-  
tione verba, & ea referendo ad Dei hono-  
rem, juxta illud Cant. Danielis, *Benedicite omnia  
opera Domini Domino; Benedicite omnes bes-  
tiae, & pecora Domino; & Psal. 148. Laudate Do-  
minum de terra, &c. bestia, & universa pecora.*

265. Denique, ut superstitiosus tollatur, nedum  
debet tolli, aut corrigi circumstantia inuti-  
lis, & excludi credulitas infallibilitatis effe-  
ctus; verum etiam debent sacra adhiberi ad effe-  
ctum serium, ac prudentem obtinendum; pui-  
ca ad sanitatem, vel aliquod grave utile impe-  
trandum, minime ad effectum inutilem, ac  
vanum, v. g. ad motum, anuli, &c. quia cum  
Deus non se immisceat rebus vanis, tunc con-  
vincitur, effectum expectari a demone.

266. Sub his considerationibus, ait Tamb.  
*art. n. 30. ex Sanchi. non esse superstitiosus Em-  
palmitas, qui per empalmos, videlicet per  
quosdam versus ex psalmis, seu per alias oratio-  
nes curant infirmos. Nec eos, quos Hispani  
vocant Salvatores, qui suo tactu, vel orationi-  
bus sanant morbos. Nec ciraulos, qui nati no-  
te Conversionis S. Pauli sputo, vel tactu ad  
moribus venenosis sanant; quia hae sunt gratiae  
gratis datae, juxta illud Pauli ad Corint. 12.  
Alii gratia sanitatum in suo spiritu. Ita Rex  
Francie habet ad Deo gratiam sanandi lrumas  
his utens verbis: *Io ti tocco, e Dio ti sana;* de  
quo *Hosiusda Papa Epist. 1. ad Remigium, &  
D. Thom. de Regimini. Princip. lib. 2. c. 16. ubi  
de presati superstitiosi non sunt, nisi aliquid  
quod superstitionem sapiat, admisceant, juxta  
superius dicta.**

267. Superstitiosus tamen est cartula illa,  
quam quisdam pro viscerum dolore gestare so-  
lent, in qua est scriptum: *Pater, & Balthasar,  
& Filia, & Gaspar, Spiritus Sanctus, &  
Michael, &c.* quia talis mixtio inter nomina  
sanctissime Trinitatis est improprietaria,  
indecens, irreverens, & vana.

## SOLA NON SACRA.

268. Quando non sacra adhibes ad aliquem  
obtinendum effectum, superstitiosus  
eris. Si ea vires non habeant sufficientes ad  
illum. Minime vero, si vires habeant natura-  
les, etiam occultas. Et tunc solum tenentis ex-  
cludere, aut corrigere circumstantias inutiles, si  
quae sint, minime credulitatem infallibilitatis  
effectus, conformiter ad vires naturales rerum,  
quae exhibentur; nam causa naturalis necessa-  
rio agit.

269. Huc reducitur, quando aliquid agis aut  
omittis sub tali circumstantia, aut tempore,  
v. g. iter agis die Jovis: iter omittis die Mar-  
tis, non vis tredecim invitatos, simul discum-  
bere, cum firma credulitate infallibilitatis  
eventus boni, quem speras, aut mali, quod  
times. Tunc quidem superstitiosus eris, mini-  
me vero, si ei tempori sit adjuncta circumstan-  
tia, ex qua prudenter timeatur eventus malus;  
&c. puta si tunc prudenter timeas esse inimicos,  
aut latrones in via, &c.

270. In rebus naturalibus, quoties non ver-  
paret immixta superstitio aliqua, ut sunt verba  
incognita, determinatus numerus vanus, ut  
modus inutilis, tunc praesumptum est pro  
viribus naturae. 1. Quia in dubiis melior est con-  
ditio voluntatis volentis rebus illis uti ad sa-  
nitatem, aut grave utile sui, aut proximi,  
& in dubio non praesumitur delictum. 2. Quia  
in dubiis melior est conditio naturae; nam  
natura ex saepius contingentibus praesumenda  
est potens, & mirabilis in operationibus suis;  
ex quo enim videmus, ferrum trahi a ma-  
gnete, argumini in magnete virtutem natura-  
lem ferri trahivam, &c. Ita Tamb. citat. n. 63.  
ex Sanchez, & Bordon. in man. Consult. sect.  
34. num. 10.

## SACRA SIMUL, ET NON SACRA.

271. Si cum aliquem obtinendum effectum,  
cum sacris adhiberes res naturales inuti-  
les, aut profanas irreverentes, superstitiosus  
eris. Item, si res naturales utiles sacris adjun-  
gas, putans, si sacra necessario naturalibus re-  
bus indigere, seu ab his vim efficacem habere;  
tunc ultra superstitionem adjungis haerem.

272. Si vero res naturales utiles adhibes, ex  
illis effectum expectas, & insuper sacras ad-  
jungis ad Deum pro adjutorio precandum,  
prudenter simul, & pie te geris; quoniam  
causa naturalis efficacissima, Deo non ad-  
juvante, inutiles saepe redduntur, juxta illud  
Psal. 126. *Nisi Dominus custodierit civitatem,  
frustra vigilar, qui custodit eam.* Hinc ait  
Apo-

Apostolus: *Ego plantavi, Apollis irrigavit, Deus  
autem incrementum dedit.*

273. Ileritiam curare cum oratione sacra, &  
cum solo de lizzo, quo statura, & brachia ex-  
tensa aegri ter metiuntur, cum aliis circumstan-  
tiis, superstitiosum est, quia omnes circumstan-  
tiae adjunctae praeter orationem sunt vanae, & in-  
utiles. Secus, si solum saaram orationem adhi-  
beas, in qua solent esse vera Nomina Dei, &  
dicta in n. 258. attendas. Cum hac sola oratio-  
ne, tribus diebus ad honorem sanctissime Tri-  
nitatis recitata, circumstantiis vanis, & inuti-  
libus seclusis, saepe ileritiam curatam vidi.  
Tunc igitur ad Deo effectus ex opere operantis  
expectatur, minime cum certitudine infallibi-  
litate effectus, sed cum pia spe, & fiducia in  
Deum; quoniam coelestis medicus animabus atque  
corporibus potest medelam largiri.

274. Ex his patet, quid fit de incantatoribus  
dicendum.

## MALEFICIUM

275. **E**st vis, ac potestas nocendi aliis ex pa-  
elo expello, vel tacito cum demone.  
A magia differt per hoc, quod illa intendit fa-  
cere mira, hoc vero ad nocendum dirigitur.

276. Dividi potest in duas species, scilicet  
in maleficium amatorium, quo hominum ani-  
mi ad carnalem amorem secluntur, sub quo  
comprehenduntur verba, aut scripta supersti-  
tiosa ordinata ad amorem; & in venticium,  
quod ad nocendum alii dirigitur.

277. Utrum maleficium alio maleficio solve-  
re non liceat. Potest tamen statura, aut res illa,  
quae solet a maleficio componi, comburi, nul-  
lum, quod superstitionem sapiat, admiscendo.

278. Ad hanc speciem spectant lamiae, seu  
stryges, vulgo donno di fora.

279. Sub hujusmodi superstitionibus maxime  
comprehenditur abusus Sacramentorum, aut  
sacramentalium, ad haereticos inveniendos, ad  
amorem precandam, &c.

280. Alia demum delicta, pro quibus est fa-  
cienda denunciatio, habes in Edicto DD. In-  
quisitorum Regni Siciliae.

## Q U E R E S V.

281. *Quae sit haeresis ad Sanctum Officium spe-  
ctans?*

**H**aeresis in nom. 258. definita est duplex.  
Una scilicet mere interna, seu pure men-  
talis, quae consummatur in ipso intellectu, nullo  
signo externis dato; & haec quamvis in rigore  
theologico sit haereticus formalis, cum ei pro-  
pria conveniat definitio haereticus, non incurrit  
tamen poenas contra haereticum ab Ecclesia ful-

minat, nec est reservata, sed potest à quali-  
bet Confessario absolvi, etiam sine Bulla, quo-  
niam juxta communem Theologorum Ecclesia  
non judicat de internis.

282. Alia est externa, quae videlicet exte-  
rius prodit per aliquam vocem, scripturam,  
natum, aut signum, ex effectu haereticus prodient,  
carnem, quantum est ex se, determinate de-  
monstrare valens; & haec incurrit omnes poe-  
nas contra haereticum fulminatas, etque reserva-  
ta, ita ut neque virtute Bullae, neque Ju-  
bilae possit absolvi, nisi talis facultas expre-  
sse concedatur, ex Decret. Inquis. Rom. sub  
Alexand. VII. anno 1656. aut nisi in articulo  
mortis, in quo quidem ex Trid. sess. 14. c. 7.  
etiam si fuerit publica, potest à simplici Sa-  
cerdote absolvi, sicut & alii casus reservati,  
imposito iuramento de se praesentando Superi-  
ori, & de stando mandatis Ecclesiae, si  
convulcitur; itaque etiam fit occultissima,  
ut si vox à nullo fuerit audita, nec signum  
visum, & scriptum fuerit combustum; quia  
tunc, cum signum illud externum sit per se  
sensibile, est per accidens occulta, ac pro-  
inde cadit sub lege poenali Ecclesiae, quod  
judicat de externis; & haec spectat ad S. Of-  
ficium, & si contingat ab aliquo seiri, est de-  
nuncianda.

Ut haereticus igitur sit reservata, & poenas in-  
currat, requiruntur.

1. *Ut sit externa, ut jam explicatum est.*  
2. *Ut actus externus sufficienter, & determinate  
haereticum manifestet.* Unde non est reservata,  
si fit externa per signum, aut verba indifferentia;  
ut si quis mente tenet: *Deus non est trinitas;*  
& exterius profert: *Non est.*

3. *Ut manifestet haereticum internam praesentem.*  
Unde non est haereticus externus, qui per jocum  
sinit, aut vere dicit, se aliquando tenuisse er-  
rorem in fide, puta, Deum non esse trinum,  
nisi id dicat animo eandem haereticum confitendi,  
seu in ea complacendum. Ita Albergh. in Man. c.  
2. num. 3.

4. *Ut actus externus sit mortalis, & manifesta-  
tivus animi haereticus.* Hinc qui suam haereticam  
internam externis manifestat amico, aut Con-  
fessario, causa capiendi consilium, aut confi-  
tendi, non est haereticus, nec in excommunicationem  
incidit; quia non manifestat eam animo  
haereticus, sed est paratus corrigi.

Item, qui motus haereticus interna, quae putat  
licitum esse carnis diebus prohibitis, car-  
nem in parva quantitate edat, nec est haereticus  
externus, nec in censuram incidit; quia  
requiritur, ut actus externus sit mortalis, non  
per solam relationem ad alium internum, sed  
etiam secundum operis externi quantitatem.  
Ita.

Ita Alberg. *cap. 12. n. 8.* cum Bonac. Diana, & alius. Adde, praefatum actum externum non esse ex se determinate manifestativum erroris interni.

De Schismate, quod quidem Ecclesiam Christi dividit, negando obedientiam Summo Pontifici Romano, eodem modo est discutendum, sicut de haeresi; nimirum, quod non possit absolvi, si sit externum cum errore in intellectu.

283 Hinc non est haereticus, qui exterius tantum fidei negat, aut adorat idolum; quia non errat in intellectu, ac proinde non incurrit poenas, & censuras contra haereticos latas, licet in foro externo secundum externam procedatur, & inde fit denunciandus: *v. n. 270.*

284 Bufembaum *lib. 2. n. 1. c. 4. dub. 3. n. 5.* ait, rusticus, & alios homines simpliciores in locis haereticorum existentes, ut in Germania, qui habentur haeretici, & tamen ratio- nem suam ignorant, & simpliciter pertinaces non sunt, posse absolvi à suis Parochis. Ratio est; quia non sunt haeretici formales, & habent fidem Catholicam in Baptismo acceptam, quae non amittitur, nisi errando pertinaciter, ita ille ex Layman.

Id contingere potest, quatenus haeretici volentes suos filios naturali odio contra fidem Catholicam crescere, eis, à pueris, Catholicis speciebus horrores tanquam lupos representant: & ita, licet possint diu in errore sine pertinacia vivere, statim ac autem est eis sufficienter propositum, Ecclesiam universalem oppositum tenere, statim incipiunt esse pertinaces.

285 Certum tamen est, haereticum esse illum, qui positive, seu affirmative de aliquo articulo fidei dubitat, hoc est, deliberate judicat esse dubium; similiter & eum, qui opinative solum assentitur rebus fidei, putans aliquem articulum fidei esse solum probabilem: utriusque ratio est; quia cum fides sit certa, & infallibilis, utpote inmixta testimonio divino, requiritur, ut articuli fidei certo credentur ex Dei revelatione.

286 Dixi, *Opinative solum*; quia ex vi aliquis rationis affirmare probabilem aliquem articulum, non esse haereticum, imo laudabile, modo tenens, ex vi revelationis esse certum, docent Tamb. *de fide cap. 1. §. 7. n. 3. cum Caltrapol.*

287 Et Bufemb. *cit. nom. v. addit*, quod negative tantum dubius, hoc est, suspensus iudicium, & circa utranque partem negative habens, per se, & simpliciter non fit haereticus. I. Quia non habet iudicium, & con-

sequenter non habet errorem in intellectu; dimodo tamen non ideo suspendatur, quod virtualiter iudicat, non constare de certitudine objecti. 2. Quia haeresis est infidelitas positiva. Hinc ultra formale dubium dari debet iudicium intellectus affirmantis, rem fidei non esse certam; quod iudicium est haeresis, Alberg. *cap. 5. n. 5. cum Postel. & Senfa.*

At hoc apud mihi placet sic absolute dictum; nam quis vel est negativus dubius circa aliquem articulum fidei, qui non est à parentibus, aut Parocho sufficienter propositus; & tunc iam in casu ignorantiae; vel circa articulum fidei, qui supponatur sufficienter propositus; & tunc negative dubius est haereticus, quia tunc suspendendo iudicium, virtualiter judicat non constare de certitudine objecti; praecipuum autem fidei obligat ad positive iudicandum verum & certum articulum fidei sufficienter propositum.

Hinc Albergh. cum Valentia, & Sanchez, rite excipit natos, & educatos inter haereticos in fide non satis instructos; de iis nanque dubitatur licet, donec instruantur, & recte non sine fidei credibilitatem apprehendant quia in illis dubitatio, & virtuale iudicium de incertitudine non est cum pertinacia.

288 Quando tamen dubietas oritur ex sola tentatione, ut si selet accedere, cum repugnantia, & dispendentia voluntatis; tunc vel non erit peccatum, sed potius materia meriti, quia illud ille intellectus erit pure naturalis; vel si actus, non nisi veniale. Ita Summilat.

#### Q U E R E S. VI

289 *Ad in casu, quo qui incidit in haeresim externam, suis excusatus ab excommunicatione Bullae Coenae, si denunciandus.*

**P**ures à De floribus dantur casus, in quibus, qui incidit in haeresim externam, non incidit in excommunicationem Bullae Coenae.

290 Id principaliter contingit, quando haereticus, licet publica, est mere externus.

191 Alios duos referunt casus Tamb. *tom. 1. de Poenis, lib. 5. cap. 5. n. 4. §. 7.* Bardi, *in selectis moralibus lib. 6. quae 5. pag. 371.* & apud eos Caltrapol. Suarez, Sanchez, & alii, in quibus committens delictum excusatur ab excommunicatione reservata in Coena Domini; & sunt metus cadens in virum constantem, aut ignorantia censura, ita ut qui committit haeresim formalem externam, etiam cum errore in intellectu, ignorans tamen esse annexam excommunicationem reservatam in Coena Domini, excommunicationem non incurritur.

ac proinde possit à quolibet simplici Confessario absolvi: *v. n. 256.*

292 Ratio est, quia haec est differentia inter casus reservatos Pontifici, & reservatos Episcopo, quod casus non est reservatus Pontifici, nisi cum excommunicatione conjuncta; non sic casus Episcopalis: nam Episcopi regulariter reservant delicta ratione ipsorum; unde, cum ratione ignorantiae (quae quidem excusat ab incurfione censuræ) non sit annexa delicto haeresis excommunicatione, delictum haeresis non habetur pro reservato, ac proinde potest à quolibet simplici Confessario absolvi; & è contra ignorans excommunicationem delicto Episcopali annexam, non incurrit in censuram, adhuc committit casum reservatum Episcopo; ita ut non possit à quolibet Confessario absolvi.

Quod autem in casibus Pontificiis culpa non sit reservata, nisi cum excommunicatione conjuncta, probatur primò ex usu, & praxi Ecclesiae, quae in casibus Pontificiis non censet reservatam culpam, nisi cum excommunicatione conjunctam; cui praxi accedit communis Theologorum consensus.

Secundò ratione, quia Pontifex in Sacris Canonibus, & praesertim in Bulla Coenae, solum proponit vitas censuras, & postea illas reservat: nam in §. 19. Bullae Coenae, in qua fit reservatio, id habetur expressè per hæc verba: *Ceterum à praedictis sententis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi possit*: sententiae autem, supra quas immediate cadit reservatio, sunt ipsae censuræ: igitur à censura reservatio redundat in culpam, ac proinde culpa non censetur reservata, nisi cum excommunicatione conjuncta; eam igitur ratione ignorantiae ex communi sententia non incurritur censura, non incurritur reservatio, quia tunc culpa deficit fundamentum reservationis, videlicet censura, quae tali peccato individuo non est conjuncta.

293 Hoc autem dictum est à praefatis Doctoribus de ignorantia censura, minime de ignorantia reservationis: nam certum mihi est, quod qui committit haeresim formalem externam, aut alius delictum de Bulla Coenae, si sciat ei esse annexam excommunicationem Coenae Domini, ignoret tamen hanc esse reservatam, adhuc incidit in censuram reservatam, ita ut non possit à simplici Confessario absolvi, sed à Summo Pontifice; aut Inquisitoribus; quoniam ex communi sententia contra aliquos ignorantia reserva-

tionis non excusat, sed reservatio regulariter incurritur ab ignorantae; quia regulariter loquendo, reservatio non est poena, qualis est censura, sed medicina; est enim limitatio potestatis Confessoriorum ad bonum regimen, & ob bonum publicum facta, ut Fideles ab his peccatis patrandis absterreantur, dum vident, non posse ab ordinariis Confessoribus absolvi. Item reservatio est restrictio jurisdictionis in Confessario, & cum jurisdictione tota dependeat à voluntate Superioris, non oportet, ut eam liceat Reus, sed sufficit, si eam sciat Confessarius.

294 Ex quo fit, quod licet Ignorans, aut non advertens poenam, non incurrit in poenam, puta in excommunicationem; sciens tamen poenam, & ignorans reservationem incidit in reservationem; sicut licet Ignorans, aut non advertens culpam, non incidit in reservationem; sciens tamen culpam, & ignorans reservationem, incidit in reservationem; quia licet in priori casu cadat fundamentum reservationis, nempe culpa, aut poena voluntariaeque inde cadat reservatio; ita vero in posteriori.

His verò datis & suppositis,

295 Resp. ad quaesitum affirmative; quia in foro externo secundum externam proceditur & suadet à fortiori de blasphemia haereticali, in quam prorumpens sine errore in intellectu est denunciandus, *ex n. 10.* à fortiori in casu haeresis. Qui igitur incidit in haeresim pure externam, aut in haeresim formalem externam, ignorans excommunicationem Bullae Coenae, est inquisitoribus denunciandus: *v. n. 288.*

296 Dixi: *his datis*. Quia (ut rite advertit Diana *p. 1. r. 13. ref. 18.*) ignorantia excommunicationis reservatae in casu haeresis, non potest habere locum in nostris Regionibus Hispaniae, & Italiae, ubi viget S. Inquisitionis Tribunal, ex curia praesertim contra haereticos pervigili cura, est moraliter impossibilis ignorantia legis Ecclesiae excommunicantis haereticos, & maxime post *Dier. Vno. Inquisit. Rom.* sub Alex. VII. de anno 1656. quod iussu DD. Inquisitorum huius Regni Siciliae sub datis 15. Feb. 1657. video quilibet sexta feria post octavam Assumptionis Virginis in Communicatioibus Regularium publice legi, quoque Confessarii, & Religiosi edocentur, crimen haeresis non posse etiam virtute Jubilei absolvi; nil aliud cunctis est notus, quam crimen haeresis etiam occultum esse reservatum; imò si quis est, qui in aliquam haeresim eadit, eum experimur accuratorem ad se occultandum quò timorem, ne deferatur ad S. Tri-

Tribunal; ac proinde in nostris Regionibus moraliter & practice loquendo non potest dari casus, quod quis in haeresim formalem externam cadat, & possit a simplici Confessorio absolvi, non quidem ratione ignorantiae censurae, quia haec moraliter in nostris Regionibus non est possibilis; neque ratione metus cadentis in eum constantem, quia metus licet possit timorem incutere ad propinquendum in actum externum haeresis, non potest illum incutere ad habendum errorem intellectum, ut discurrunt patet.

CAPUT VII.

De libris prohibitis.

397 Libros prohibere spectat ad Summum Pontificem, quod regulariter facit per Congr. Univ. S. Officii, cujus auctoritas per totum Orbem extenditur.

398 Magistru[m] Sacri Palatii libros perniciosos prohibere possit, ait Bord. in Man. consul. scilicet. 48. n. 5. Liqueat ex quamplicitis prohibitionibus ab eo factis, & in indice iussu Alex. VII. impresso registratis, subdit tamen: Sed puto hanc ejus potestatem non excedere Ordinem, & eius districtum; quin nunquam ultra ejus prohibitiones publicari extra per Inquisitores, nisi missas vel a Papa, vel a Sac. Congreg. signum videtur, quod ejus potestas terminatur in locis ubi, & interurbani, ubi hoc officio fungitur, ut Inquisitor in sua Diocesi.

399 Libros prohibere possunt Episcopi, & Inquisitores ex Reg. 10. Indici: Librum sit Episcopi, aut Inquisitoribus Generalibus secundum facultatem, quam habent, eos etiam libros qui hinc requisi permittit videntur, prohibere, si hoc in suis Regnis, aut Provinciis, vel Diocesium expresse judicaverint.

300 Quia autem Episcoporum & Inquisitorum auctoritas contentiosa est restricta loco, & personis, ac proinde non operatur extra proprium territorium, talis prohibitio ut univ ersaliter operetur, fieri solet vel per S. Congr. Univer. Inquisit. coram Sanctissimo per totum Orbem, vel per Inquisitores Supremi Inquisitionis Hispaniarum pro cunctis Hispaniarum Regnis.

301 Generales libros suorum subditorum prohibere possunt, si absque eorum licentia fuerint impressi, aut si sint injuriamtorii, vel suae Religionis perniciosi; si vero contineant haeresim, aut suspitionem, id spectat ad S. Tribunal, ex n. 249.

MATERIA

302 Ob quam liber prohiberi solet, est quintuplex. 1. Quae continet haereses. 2. Quae tractat de Religione, nempe de sacra, puta de S. Scripturis, de fide, de rebus ad Dei cultum, & Sanctorum spectaculis, de Theologia scholastica, & morali de concionibus, de jurisdictione, & immunitate Ecclesiastica, de privilegiis Clericorum; minime si tractet de Philosophia, de historia, &c. Imo, ut dicatur de Religione tractare, requiritur, ut de ea tractet ex professo; minime, si obiter: v. n. 304. 3. De rebus obnoxiis. 4. De casibus conscientiae, in quibus tamen habentur opiniones laxae, & periculose conscientiae, aut nullam probabiliter habentes; vel habetur aliquis error in fide, aut haeresis. 5. Qui tractat contra proximum, puta de jurisdictione uni data, & ab altero ablata; aut continet calumnias, injurias, &c. contra Religiones, personas Religiosas, Principes, &c.

FINIS

303 Prohibitionis. 1. Est odium haereticorum. 2. Est, ut fides illece permaneat, ut fidelium scandalum, animarumque periculum vitetur, & ut pax, atque caritas in Republica Christiana servetur: v. n. 362.

INDEX

304 Librorum prohibitorum tres constituit classes: in prima classe non tam continentur libri, quam eorum auctores, quatenus hi sunt haeretici; & horum sunt prohibiti libri tam editi, quam edendi; qui tamen haeresim continent: aut de Religione tractant, etiam si bene de ea tractent, & nullum errorem contineant, quoniam indignum est visum Ecclesiae, ut Fideles ab ejus hostibus erudiantur, & doctrinam de Religione desinant, haereticum Regio. Palae increpante in Plal. 49. Peccator autem dixit Deus, Quare tu errasti iustitiam meam; & ultimus testimonium meum per te inveni: v. n. 320.

305 In secunda classe continentur non Auctores, sed libri, quatenus eorum Auctores sunt Catholici, continent tamen doctrinam non sanam, & ideo prohibentur. Duplici autem modo doctrinam non sanam continere possunt. 1. Quia continent incidenter aliquam, seu aliquas haereses, aut falsi dogmatis suspensionem. 2. Quia offensivam etiam immoribus tantum fidelibus asserere possunt: ut in n. 323.

306 Ex Bord. in Man. Consult. scilicet. 49. n.

37.

Nomine suspitionis falsi dogmatis venit error, qui creditur esse contra fidem: dogma enim piura est doctrina in fide, Gloss. verb. seu potius, cap. 3. r. 7. dist. 96. Gloss. fin. in d. 3. per caput qui Episcopus, 2. dist. 29. Itaque saltem dogma est error contrarius doctrinae de fide: doctrina autem fidei spectatur dupliciter, 1. ut talis est de fide definita, ut sunt articuli, & Propositiones de fide definita, ut patet in Canonibus Conc. Tridentini, 2. in doctrina fidei aliqua sine propositione, quae ab aliquibus putantur de fide, ab aliis negantur de fide: pono exemplum in hac propositione: Papa in canonizatione Sanctorum non potest errare: aliqui dicunt, esse de fide, quod ego teno: alii negant, ut dicit scilicet. 48. n. 162. Haereticus ergo dicitur, & ex diametro opponitur fidei, saltem vero dogma, de quo est suspicio opponitur fidei non ex diametro, sed secundum suspitionem, & opinativè tantum, non definitivè ut haereticus: v. n. 341.

307 Aptius exemplum est in hac propositione, Papa in Beatificatione errare non potest: nam plures Doctores, inter quos Diana p. 11. r. 2. ref. 18. & 19. qui rite fatentur esse de fide, quod Pontifex non possit errare in Canonizatione Sanctorum, id negant de Beatificatione: unde concludunt, quod qui negat Beaticum aliquem esse in gloria, non est haereticus formalis, sed ejus proposito esset temerarius, quia contra communem Doctorum, & fidelium sensum: scandalosa, quia fideles ad Beatorum cultu, & veneratione retraheret: impia, quia contra cultum viris beatis debitum: suspecta falsi dogmatis, quatenus est contra dogma piura, seu doctrinam opinativè de fide, in quantum quampures Doctores docent, etiam de fide esse Romanum Pontificem in Beatificatione errare non posse, & de eum suspecta de haeresi, quia sic dicens videtur negare in Papa potestatem ad beatificandum.

308 Doctores autem, qui concedunt de fide esse, Papam errare non posse in Canonizatione, & id negant de Beatificatione, pro precipua disparitate assignant, quia Canonizatio est ultimum iudicium Ecclesiae, quo definitur, virum Dei esse in gloria; post quod nil amplius diffinitur. Beatificatio vero non est ultimum iudicium, quoniam post illud, antequam ad Canonizationem deveniatur, fit novum examen, testes, & miracula respiciendos; quod non fieret, si de fide esset Pontificem non posse in Beatificatione errare, nam quod est de fide certum, ulteriori certitudine minime eget, cum sit infallibilis veritas.

309 In hac autem re, quae obiter hic mihi tractanda suppetit. Dico, de fide esse Roma-

num Pontificem, tam in Canonizatione, quam in Beatificatione, errare non posse, ita ut dicens eum posse errare, fit Sanctum, aut Beatum non esse in gloria, sit haereticus formalis, Bord. ref. 113. num. 15. Verricelli r. 8. q. 24. & 25.

310 Ratio est, quia hac propositio: Romanus Pontifex in canonizatione, & beatificatione errare non potest sequitur ex duplici praemissa de fide, videlicet: Romanus Pontifex decens Ecclesiam in iis, quae spectant ad materiam fidei, & doctrinam morum, errare non potest; sed canonizatio, & beatificatio spectant ad materiam fidei; igitur, &c. Minor liquet, quia canonizatio, & beatificatio est actus extremae confessionis fidei contentae in articulo de Communionem Sanctiorum: major constat ex Euang. Joannis cap. 14. Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabo vobis; ut maneat vobiscum in aeternum Spiritum veritatis, &c. 26. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, ex Matth. c. 18. Ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum; hinc Apostolus 1. ad Tim. 3. inquit: Ecclesia Dei veri, columna, & firmamentum veritatis: firmata autem Ecclesiae, & securitas eam non errandi, est fundata in firmitate capitis, & securitate non errandi Magistrum, ex Euang. Matth. c. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebit adversus eam.

311 Et licet Romanus Pontifex, antequam ad Beatificationem, & Canonizationem veniat, utatur testimonio hominum in se fallacium, illis tamen solum dispositivè utitur; ad actum autem Beatificationis, & Canonizationis non devenit, nisi per intereorem Spiritus Sancti motionem, & assistentiam; ad quem quidem minime devenitur, si testimonia hominum mendacita forent; quia Spiritus, ubi vult, spirat, & inspiratum ducit, quod non vult.

312 Ad disparitatem inter Beatificationem, & Canonizationem, in oppositum assignatam; Respondeo cum Verricelli r. 8. q. 25. novum examen per Canonizationem non fieri de virtutibus viri Dei, neque de miraculis in vita, aut ante Beatificationem patris, sed de perseverantia cultus, & miraculorum; unde per Beatificationem fit absolutum, & completum iudicium, quod vir Dei fit in gloria: imò ut talis toti Ecclesiae proponitur: hinc ubique a fidelibus Beatus certo absque formidine invocatur, & ad gratias impetrandas invocatur, cum hac sola limitatione, quod uni soli Provinciae, aut Religioni cultu Officii, & Missae colendus proponatur.

in quantum, licet de fide fit, Beatum esse in gloria, non est tamen conveniens, ut quilibet existens in gloria, publico cultu Officii & Missæ in tota Ecclesia colendus decernatur; sed ille, qui ob heroicis virtutibus, & insignem sanctitatem, ex multitudine, & qualitate miraculorum significatus, Deo acceptissimus, & apud fideles eximia devotione habitus dignoscitur, hinc novum examen fit de perfectantia cultus, & miraculorum, ut insigni Beati sanctitate, & magna fidelium devotione comperta, solemniter ad iudicium de ejusdem gloria deveniant, & in tota Ecclesia honor Officii & Missæ concedatur.

313 Non obstat dictum, quod vulgò Augustino imputatur: *Multis Sanctis comparatur in terris, quorum corpora cruciantur in inferno*: quia nec est Augustinus, nec veritatem habet de Sanctis à Romano Pontifice Ecclesie propostis; sed de heroicis, ab hominibus, qui abscondita cordis penetrare minime valent, Sanctis putatis, quantum in vestimentis ovium, sicut que facies exterminant, Sancti apparent, sed revera lupi rapaces, & diaboli mart yres decedentes: de verè autem iustis & sanctis canit Regius Plales: *Exultantur iusti in gloria, latitantur in cubilibus suis; gaudent in cadis animæ Sanctorum.*

314 In tertia classe continentur libri, qui prodierunt sine nomine Auctoris. Verum non omnes hi sunt damnati, nam sæpe viti dicitur & sancti ad inanem vitandam gloriam libros peruciles, & sanam continentem doctrinam, sine nomine condiderit; sed illi, qui continent doctrinam pravam fidei, aut motibus adversam, Lupus p. 4. lib. 25. dist. 1. art. 1. pag. 459. Unde libri huius tertie classis, ad primam, aut secundam possunt reduci; id inquit Alex. VII. in Bulla n. 332. relata his verbis: *Contingit, ut plerique libri ignoti scriptoris, qui tertia classis assignantur, sutores multo sint, quam in prima, & secunda recensiti.*

## DISCRIMEN

315 Inter primam, & secundam classem est duplex.

316 Primum est, quia librorum 1. classis prohibitio fit principaliter non tam, propter materiam, si sit prava, quam propter ipsos Auctores hereticos; & ideo omnes eorum libri tam editi quam edendi, de Religione tractantes, damnati censentur, etiam si sanam doctrinam continent, ob rationem num. 304. relata: librorum autem 2. classis prohibitio fit ob materiam pravam, quam committunt sive contra fidem, sive contra bonos mores, &c. quamvis ab Auctoribus Catholicis prodierint; adeoque hi libri non prius censentur

prohibiti, quam specialiter fuerint in Indicem librorum prohibitorum relati: ad differentiam librorum 1. classis, qui in eo ipso, quòd sunt Auctoris heretici, damnantur, etiam si in Indice non reperiantur, Lupus cit. pag. 459. Hinc damnato opere heretico non censetur damnatum nomen Auctoris, nisi sit convictus, vel confessus de heresi, nisi sit sic de natis ex secula heretica. Quia licet aliquas hereses in opere protulerit, præsumitur, quòd ex inadvertentia, aut ignorantia protulerit, sine pertinacia; damnato autem Auctore, omnia ejus opera etiam edenda, que de Religione tractant, damnata censentur, quia hæc, ut accessorium, sequuntur naturam sui principalis, Bord. in man. Consult. scil. 48. n. 28. Auctor ergo per prohibitionem librorum 1. classis damnatur, quia est pertinax, & dignus poena: per prohibitionem vero librorum 2. classis mortificatur, quia debebat advertere, & si erat impertus, non scribere.

317 Ob eandem rationem nec heretici, nec eorum libri possunt à Catholicis in suis operibus citari ad honorem, quamvis loquantur ad Religionis favorem; bene verò ad confusionem, eorum impugnantio errores; nam in Ecclesiasticis cap. 15. scriptum est: *Non est speciosa laus in ore peccatoris; quoniam à Deo profectus est sapientia, sapientia enim Dei adhibet laus, & in ore fidei abundabit, & dominator dabit eam illi.* Catholici autem, & eorum libri prohibiti citari possunt etiam ad honorem, & quoad bonam doctrinam.

318 Secundum discrimen est; quia libri 1. classis sunt prohibiti duplici excommunicatione: prima est excommunicatione Bullæ Cœnæ reservata Sum. Pontifici, quæ incipit ante Trid. à Nicol. III. anno 1280. & novissime hæbet exemplum ex Urb. VIII. anno 1672. in 1. §. his verbis:

319 Excommunicamus, &c. quoscunque Hæreticos, Præcelsos, Lutheranos, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios hereticos, quoscunque nomine censentur, & cuiuscunque sectæ existant, ac existentes, eorumque receptores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros hereticos contentos, sive de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, & sicut Apostolicis, fecerit legentes, aut recitantes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quovis causa publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore, nec non schismaticos, & eos, qui se à nostris, & Romani Pontificis pro tempore existentibus obedientiam pertinaciter subtrahunt, vel recusant.

320 Sub prohibitionem igitur, & excommunicationem Bullæ Cœnæ, non continentur libri

hereticoorum tractantes de Philosophia, Medicina, Historiis, &c. qui nullam hæresim continent, nec libri n. 355. referendi; sed solum libri hereticoorum, qui hæresim continent, aut de Religione tractant.

21 Secunda est excommunicatio Indicis, & Pii IV. de qua modo, quæ non est revocata.

322 Libri vero secunde classis, qui tamen continent hæresim, aut falsi dogmatis suspitionem, sunt prohibiti sola præfata excommunicatione Indicis; ceteri autem, qui sunt prohibiti, non quia continent hæresim, aut falsi dogmatis suspitionem, sed ob alias causas contra bonos mores, puta, quia tractant de rebus abscissis, de iurisdictione cum præiudicio pacis, & infamatoris, injuriolis quia continent excommunicationi Indicis, & Pii IV. sed peccato mortali, & punitio arbitrarij Episcoporum, aut Inquisitorum: v. n. 331.

323 Pro qua se sciendum est, Indicem librorum prohibitorum à Deputatione Conc. Trident. confectum, plures librorum species prohibere, at non eas omnes prohibere debet excommunicationem.

324 Quantum ergo ad prohibitionem.

Primo, in 2. Regula dicti Indici prohibentur omnes profusus Hæresiarum libri, etiam de Philosophia, Medicina, &c. qui nullam hæresim continent, nec de Religione tractant: his verbis:

325 *Hæresiarum libri, &c. cuiuscunque nominis, tituli, aut argumenti existant, omnino prohibentur.*

Quod fit in maximum eorum odium, & ut omnino eorum memoria pereat.

326 Secundo, in eadem Regula, quoad aliorum hereticoorum libros sequitur:

327 *Aliorum autem hereticoorum libri, qui de Religione quidem ex professo tractant, omnino damnantur. Qui vero de Religione non tractant, à Theologis Catholicis iussu Episcoporum, & Inquisitorum examinati, & approbati permittuntur.*

Hinc libri hereticoorum de Philosophia, Medicina, Historiis, & similibus, qui nullam heresim continent, & examinati, & approbati ut tales, non prohibentur, sed permittuntur; sunt tamen prohibiti, antequam examinentur: v. n. 334.

328 Pat est Regula 5. Libri illi, qui hereticoorum Auctorum opera interdum prædicant, in quibus, ne qui audiant contra horum regularem præscriptum, aut huius Indici prohibitionem, libros aliquos legere, aut habere.

Quod si quis libros hereticoorum, vel cuiuscunque

329 *hujusmodi, si qua habeant admixta, & quo ex præsertim indigent, illis Episcopi, & Inquisitores una cum Theologorum Catholicorum consilio subleant, aut emendant, permittuntur.*

327 Tertio, in 4. & 6. Regula prohibetur Biblia vulgaris, & libri contractantes inter Catholicos, & hereticos differentes, pater vulgari idiomate conscripti, ita, ut, qui eos præsumptim legere, aut retinere, peccent mortaliter, & absolvi non possint, nisi prius Bibiam, aut libros præfatos Ordinario, aut Inquisitori tradiderint.

328 Quarto, in Regula 7. Libri qui res lascivas, seu obscenas ex professo tractant, navant, aut docent, &c. omnino prohibentur, & qui eos habuerint, severe ab Episcopis puniantur. Antiqui vero ab Ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur; nulla tamen ratione pueris perlegendi sunt.

329 Quinto, in Regula 9. Libri omnes, & scripta Germanicæ, Hispanicæ, Agrammaticæ, Pyromanticæ, Onomasticæ, Clyronanticæ, Necromanticæ, five in quibus continentur sortilugia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes, artes magicæ, profusæ reijciuntur. Episcopi vero diligenter provident, ne Astrologie iudicativa libri, tractatus, Indices, legentur, vel habeantur, qui de futuris contingentiis, successibus, sortilugis, casibus, aut iis actionibus, que ab humana voluntate pendunt, certo aliquo eventuum affirmare audent, permittuntur autem iudicia, & naturales observationes, que navigationis, agriculturæ, sive medicæ artis servandæ gratia conscripta sunt.

Item in observatione circa dictam novam Regulam, excentes præfatas artes, & legentes, aut retinentes recentissimos libros, dantur puniendi medium per Ordinarios, verum etiam per Inquisitores locorum, ex Con. Sixti V. de anno 1585. unde præfati sunt denunciandi, Lupus p. 459.

330 Sexto denique in observatione circa præfatum indicem omnino damnantur, & prohibentur libri Thalmudicæ Hæreticoorum, & alii Cabalisticæ, & nefarii Hæreticoorum libri. Item libri Magazor, qui continent officia, & ceremonias Hæreticoorum, & Synagoga, solum permittitur in Hebræa lingua, & prohibetur in omni alia lingua.

331 Quantum autem ad excommunicationem: postquam dictus Index recentis librorum species prohibuit; denique in Regula 10. in fine concludit:

332 *Ad extremum vero omnibus Fidelibus præcipitur, ne qui audiant contra horum regularem præscriptum, aut huius Indici prohibitionem, libros aliquos legere, aut habere.*

Quod si quis libros hereticoorum, vel cuiuscunque

horis scripta ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legenti, siue habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrit, qui vero libros alio nomine interdictos legenti, aut habuerit, præter peccati mortalitatem, quo afficitur, iudicio Episcoporum severe puniatur.

Hæc in Indicis Tridentini dispositio. 332 Quia tamen variis temporibus Summi Pontifices quoad libros prohibitos varia sanxerunt, notissime Alex. VII. volens consuetudinem vitare, & hanc materiam librorum prohibitorum una lege regulare, die 5. Martii 1664. edidit Bullam, que incipit: *Speculatore domus Israëli*; quam referunt Lantouca in Bullario tom. 6. Conf. 147. pag. 220. & Bord. in *man. Consult. sect. 49. n. 5.* per quam Alex. VII. omnes penas, censuras contra legentes, & retinentes, &c. libros prohibitos hætenus latas reduxit ad penas contentas in consil. Pii IV. que incipit: *Domini regis*, super dicti Indicis Triad. confirmatione edita. Verba Bullæ Alex. VII. sunt tenoris sequentis:

*Indicem (supra) librorum prohibitorum observari mandamus, & precipimus sub penis in consil. sel. mem. Pii IV. etiam prædecessoris nostri super dicti Indicis Tridentini confirmatione edita contentis, ad quas varietatis veterum decretorum in proponendis transgredientium penis tollende gratia, omnes, & singulas penas, per Constitutiones Apollolicas, & decreta anteriora hujusmodi quomodolibet inflicta hætenus serio reducamus, firmam tamen manentibus his, que de Authoribus, & libris damnatis in literis Apollolicis editæ Cæne Domini publicari solitis sancta sunt, etia quouslibet omnino mutare, ac ne contingere quidem intendimus.*

333 Penas autem, & censuras in recensita Constit. Pii IV. contentæ sunt, ut sequitur:

*Si quis autem ad hoc casus regulas, prohibitionemque fecerit, in quodam, qui hæreticorum libros, vel consilii Authoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legit, habueritve, ipso iure in excommunicationis penam incidat, eamque ob causam in eum, uti de hæresi suspensum, inquiri & procedi liceat, præter alias penas super hac ab Apollolica Sede, sacrisque Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legit, habueritve, præter peccati mortalitatem, Episcoporum arbitrio severe se noverit puniendum, &c. Datum Romæ, &c. die 24. Martii 1564.*

334 Hinc Bulla Pii IV. excommunicatione lata sententia non reservata, afficit tantum libros quoscuque hæreticorum, & libros, aut scripta propter hæresim, vel falsi do-

gmatis suspicionem prohibita, siue sint hæreticorum, siue Catholicorum; minime vero libros Catholicorum ob aliam causam prohibitos; puta quia contra bonos mores, &c. ac procedunt, si nulli subjacent excommunicationis: *no. n. 325. 325. & 326.*

335 Et licet illi, qui legierit, aut habuerint libros alia de causa prohibitos, tradantur puniendi Episcopis; possunt tamen puniri ab Inquisitoribus, qui si sunt eorum iudices, ut constat ex literis Inquisitori Cremonæ conscriptis per Card. Mellin. 6. Febr. 1627. his verbis:

*Essendo solito, che negli Editti del S. Officio si impongono pene a chi tiene libri, non solo eretici, o sospetti, ma anco di cose iustorie, & contra bonos mores, possono, & devono gli Inquisitori procedere all'oscuzione delle pene comminate contro gli trasgressori, Bord. in man. Consult. sect. 49. n. 83. v. n. 346.*

### QUERES I.

336 An retinentes libros, aut scripta astrologie iudicariæ, geomantice, divinatoris, artis magice, &c. relati in mun. 329. aliquam excommunicationem incurant, & suspensionem hæresis?

Videretur absolute affirmandum. 1. ex Bulla Sixti V. de anno 1585. n. 245. ubi postquam disposuit contra exercentes, ad libros deveniens sequitur:

*Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & tractatus huiusmodi iudicariæ Astrologie, & Geomantie, Hydromantie, Pyromantie, artis magice, aut in quibus sortilogie, vana, & superstitiose continentur, ac ut supra in memorato Indice interdictis sub censuris, & penis in memorato Indice interdictis sub censuris, sed illos Episcopi, aut quomodolibet restituerit, præ illis Episcopi, & Ordinarii locorum, vel Inquisitores predicti presentari, & consignari debere: & nihilominus eadem auctoritate statuerit, & mandamus, ut contra fientes legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter eidem Inquisitores libere, & licite procedant, ac procedere, & penas condignas punire, & coercere possint.*

337 Ubi licet Sixtus nullam novam contra huiusmodi libros legentes, aut retinentes, excommunicationem imponat; eos tamen excommunicationi Indicis subici, fati innuit illis verbis: *In memorato Indice interdictis sub censuris, & penis in eo contentis.*

338 Secundo ex Bulla Urb. VIII. relata n. 245. ubi infligitur excommunicatio lata sententia, licet nulli reservata.

339 Respondeo, legentes, aut retinentes li-

libros recitantes, aut scripta, esse suspectos de hæresi, & incurere excommunicationem Indicis, si libri, aut scripta continent suspicionem hæresis, aut falsi dogmatis: minime vero, si suspicionem hæresis, aut falsi dogmatis non continent: Bord. in *man. Consult. sect. 38. n. 70. & sect. 49. n. 59.* favet Diana p. 4. m. 7. ref. 6. in *fine ref. 10. & ref. 17.* ubi dicitur quod de recentibus libris sapientibus, vel non sapientibus hæresim, & Bonac. tom. 1. disp. 2. de excom. q. 5. punct. 4. sum. 4. his verbis: *Eadem consilia (supra) iudicis afficit legentes librorum, & scriptura continentia divinatoria, & sortilogia, ut sunt libri, & scripta Geomantie, &c. quibus affertur modus recedendi à Catholica Fide, ad vana diæmones, & similia veræ fidei contraria.*

Idem repetit in tom. 3. disp. 1. q. 2. pan. 4. n. 4. imo in 20. 3. disp. 2. q. 2. punct. 38. m. 1. & 2. loquendo de excommunicationibus, docet, divinatores, incantatores, maleficos, & similes non affici excommunicatione, modo non seoriant aliquod contra fidem; tunc enim suspensum est ipsi esse hæreticos, & excommunicationem contra hæreticos latam incurere, quous errorem aliquo signo externo sufficienter manifestent.

Cujus ratio est, quia nulla est excommunicatio in iure contra eos, & si aliqua est, non est nisi recepta: v. n. 244. Idem tenet Fenech. de censuris n. 13. & Diana p. 4. m. 7. ref. 17. adducit exempla, quibus divinatores, & alii Reihujus Bullæ Sixti V. puniti sunt penis arbitrariis, exilio, carcere, trisembus, privatione officiorum, &c.

340 Declaratur: liber astrologie iudicariæ hæresim, aut ejus suspicionem continere, si v. g. assereret, alia, nedum nostras voluntates inclinare, sed cogere: regulas illas infallibile iudicium inferre, &c. Item libri divinationum, &c. hæresim, seu ejus suspicionem continent, si præcipuerint demonis adorationem, & abusu Sacramentorum, aut Sacramentalium; si assererent verba, aut signa ulla adhibita habere ex opere operato virtutem ad effectum, aut ex illis esse infallibiliter expectandum effectum, & similia. Ita Diana n. 329. cit. pro quo multum juvat recedere dicta superioris de superstitione à n. 240.

341 Ratio 1. partis est, quia Index, & Bulla Pii IV. expresse excommunicationem infligit contra legentes, aut retinentes libros, vel scripta ob hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem prohibita: ut in n. 331. & 332. ideoque præfati libri, vel scripta, si continent suspicionem hæresis, subjunguntur excommunicationi Indicis, & Pii IV.

Nomine enim suspicionis falsi dogmatis venit etiam suspicio hæresis nedum per locum

à majori ad minus, vetum etiam ex ipsa proprietate verborum, quoniam etiam hæresis est falsum dogma, falsum namque dogma se habet ut magis late patens in ordine ad hæresim; quæ ex dictis n. 305. dogma fidei est doctrina in fide, & quia tam doctrina, quæ est de fide definitive, quam quæ est de fide opinative, est doctrina in fide, ideo utraque est dogma fidei, & solum doctrina definitive de fide addit dogmatis fidei pro ratione quam spectat, quod lit articulus fidei, capitulum est doctrina opinativa de fide, quæ promittit fidem, ut per se dogma hæsi, adeoque valet, suspicio hæresis esse suspicio dogmatis fidei, licet, non è converso: utpote ad inferiori ad superioris, & consequenter, cum suspicio falsi dogmatis cadat sub excommunicatione Indicis, & Pii IV. certum esse debet, quod sub eadem cadat suspicio hæresis, iuxta illud: *Quidquid dicitur de superiori, dicitur etiam de inferiori.*

342 Ratio 2. partis est, quia excommunicatio non incurritur, nisi fit expressa in jure; in Indice autem, & Bulla Pii IV. jam recensitis, nulla alia excommunicatio exprimitur præter relatum contra legentes, aut retinentes libros, vel scripta ob hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem prohibita, eo maxime quia Alex. VIII. ut in n. 332. decernit, quoad hanc materiam standum esse penam in Bulla S. Pii V. contentis.

343 Ad adducta in oppositum, Bulla Sixti favet resolutionem, quia per ea verba se refert ad censuras memorati Indicis: unde quia in memorato Indice nulla est censura contra legentes, aut retinentes recentissimos libros absolute consideratos, ut patet ex Regulis q. 10. n. 320. sed solum contra libros ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem prohibitos, ut in *inveq. 10. hic n. 331.* sequitur ex Bulla Sixti, quod legentes, aut retinentes libros, vel scripta Astrologie, Geomantie, Divinationis, &c. incurant excommunicationem Indicis, si in libro hæresim, vel hæresis aut falsi dogmatis suspicionem continent.

344 Denique excommunicatio Bullæ Urb. VIII. infirmitabilis iudicium, non est contra legentes, aut retinentes dictos libros, sed contra Astrologos, & Divinatores facientes iudicia, aut prædictiones: *para Republica Christiana, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita, aut morte Romani Pontificis, ejusque ad tertium gradum inclusive consanguineorum, & contra eos, qui dictos Astrologos, aut varinatores consuluerint, siue eorum iudicia, & prædictiones super præmissis repererint, ut videtur in n. 246.*

## QUÆRES II.

345 *Legentes, aut retinentes libros prohibitos, quando sunt suspecti de heresi, & denunciandi?*

**R**esp. legentes, aut retinentes libros, aut scripta hæreticorum hæresim continentia, aut de Religione tractantia; item libros aut scripta Catholicorum propter hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem prohibita, esse suspectos de heresi, & denunciandos Inquisitoribus, aut Episcopis, juxta dicta in n. 619. & 626. intra sex, duodecim, aut triginta dies à die scientiæ, juxta formam edictorum: in nostro Regno Siciliæ terminus esse solet sex dierum: et n. 642. constat ex verbis Bullæ Pii IV. & indicis relatis n. 174. 175. & 332-333.

## DIFFICULTAS

346 **P**rocedit de libris prohibitis secundæ classis, qui continent doctrinam non sanam secundo modo explicato sub n. 305. & 323. qui scilicet sunt prohibiti, non quia continent hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem, sed quia sunt contra bonos mores, pacem, aut charitatem, &c.

347 **N**egat esse denunciandos Lupus part. 4. l. 25. disp. 2. art. 3. disp. un. pag. 464. pro quo Diana p. 11. tr. 8. ref. 62. citat Carenam p. 2. tr. 10. §. 10. n. 66. Bord. in Trib. fid. cap. 14. q. 28. n. 78. Ratio est, quia isti, ut constat ex Pio IV. & Indice adducto n. 331. nulla afficiuntur excommunicatione, nec sunt suspecti de heresi, sed solum peccant mortaliter, & dantur puniendi poena arbitraria ab Episcopis, & licet ex litteris relatis n. 336. tradantur etiam puniendi ab Inquisitoribus, non sequitur, quod sint denunciandi; quia non sunt suspecti.

348 **R**esp. tamen esse denunciandos a Diana cit. & Bord. ipse in man. Consult. f. 48. n. 56. & f. 46. n. 83. probatur ex Bulla Greg. XV. & Urb. VIII. tenoris sequentis:

*Apostolatus officium, &c. Cum librorum lectio magno sine re fidei cultusque detrimens assensu, & sine acceptis, nimis exactis sit hujusmodi libros legendi licentiarum copia: Nos &c. omnes, & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscuque, ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seu per Constitutiones Apostolicas, etiam Astrologiæ judicariæ, vel alias quomodolibet prohibitos, quibuscuque personis, laicis, & Ecclesiasticis, tam secularibus, quam Regularibus cujuscuque Ordinis, Societatis, & Instituti existentibus, ac quacunque dignitate etiam Ecclesiastica fulgentibus, &c. etiam specialiter nota, & mentione dignis, &c. ex quacunque causa, &c. concessas, &c.*

*revocamus, cassamus, & annullamus, &c. quinimo legentes, aut retinentes libros prohibitos, paratos in sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus librorum prohibitorum contentas incurtere volumus, & declaramus.*

349 **D**ecernentes, ut presentes litteræ, postquam in vultus, &c. affixe fuerint, infra duos citra mores, ultra vero mores infra quatuor menses ex tunc proximos, omnes, & singulos, ad quos spectant, ardeant, & afficiant, perinde ac si uniuscuique personaliter intimata fuissent; quodque dictis duobus, & respectu quatuor mensibus durantiibus ii, qui libros prohibitos habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quocumque combustos debeat, deferre; qui quæ aliquos similes libros prohibitos habere siverint, eos denunciare teneantur; neque de cetero similes libellum coram Nobis habentur, vel ab alio per Nos etiam in eadem Congregatione specialiter deputando, concedantur, &c. Datum sub die 2. Aprilis 1631.

*Ubi hæc ultima verba: Aliquot similes libros prohibitos, referuntur ad propria: Libros quoscuque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, vel alias quomodolibet prohibitos, ad proinde præfati Pontificis præcipiunt, denunciandos esse à scientibus detinentes libros quomodolibet prohibitos, etiam ob aliam causam, quæ non sit hæresis, aut falsi dogmatis suspicio.*

Tum quia ex litteris recentibus sub n. 336. dantur puniendi ab Inquisitoribus, tanquam eorum Judicibus, & consequenter dantur illis denunciandi.

Verum tamen est, eos non esse excommunicatos, nec suspectos de heresi, ut probat Lupus cit. & concedit Bord. in man. Consult. f. 49. n. 81. & apud ipsum, Carena, Salettes, & Burlatus; quia nec legunt, nec retinent librum contra fidem; unde isti puniendi sunt ab Inquisitoribus simplici punitione arbitraria sine abjuracione; quia non peccant contra fidem, Bardon. cit. n. 83. Bonac. tom. 1. disp. 2. de excomm. puncti. 4. n. 5.

350 **C**ertum est autem. 1. Quod qui assereret libros ex præscripto S. Inquisitionis prohibitos, posse in conscientia retineri, si non contineant doctrinam contrariam fidei, aut sacre doctrinæ, esset denunciandus nisi assereret propositionis temerariæ, & scandalosæ. Ita Diana p. 11. tr. 8. ref. 62.

351 **C**ertum est. 2. Quod libri, qui non prohibentur perpetuo, sed suspenduntur ad tempus, donec expurgentur, eo quia unam, aut alteram hæresim casu contineant, vel ob alium errorem, non possunt legi, aut retineri

intra tempus prohibitionis & correctionis, ex Decr. Alex. VII. in prop. damnata 45. unde tunc retinentes sunt denunciandi; facta autem correctio per eos, ad quos spectat, haud amplius sunt prohibiti.

352 **C**ertum est etiam, non esse onus denunciandi, nec respectu excommunicatione in casibus, in quibus quis à peccato mortali excusatur, juxta dicta num. 288. pro qua re facit sequens Caput.

## CAPUT VIII.

*De Excommunicatione Bullæ Cæne contra legentes, retinentes, &c. libros hæreticorum.*

## QUÆRES,

353 *Quid requiratur ad incurendam recessam Bullæ Cæne excommunicationem?*

**R**esp. requiri quinque simul condiciones, ita ut una deficiente, censura non incuratur.

## I. CONditio

354 **E**st, ut Auctor libri sit hæreticus. Nominè hæretici venit. 1. Ille, qui est damnatus, sive personaliter, & nominatim, sive generaliter in sua secta, de qua est natus. 2. Ille, qui est natus inter Catholicos, & putatus Catholicus; liber tamen ab eo compositus ex professo tractat de hæresibus, & aperte Catholicas veritates impugnat, hæreses defendendo, Alberghinus cap. 32. n. 21. & Bord. in man. Consult. f. 49. n. 68. hic namque, licet non sit personaliter damnatus, nec natus ex hæretico secta, est perniciosus fidei hostis, quia est lupus inter agnos. Nec tamen jurat protestatio, quæ se, & sua opera Ecclesiæ correctioni subijciat, quoniam hæc est allura collusio, & factum fati ostendit mentem, dum contrariatur dicto: fit hic comprehendi in verbis Bullæ Cæne relatis n. 459. *Ac omnes, & singulos alios hæreticos, quocumque nomine consensant.* Non sic de Auctore Catholico, qui in suo opere unam, aut alteram hæresim per transitum, seu incidenter protulerit, v. n. 160. 3. Veniunt schismatici, quia communitur sunt hæretici: unde liber Græcorum, & Armenorum Schismaticorum, de eorum ritibus tractans comprehenditur sub censure Cæne, quia de Religione tractat, Tamb. lib. 2. Decal. l. 1. §. 7. n. 8. contra Leandrum de conf. tr. 3. disp. 1. q. 49. qui dicit, eorum ritus non esse ab Ecclesiâ habitos tanquam hæreticos.

355 **H**inc ab excommunicatione Bullæ Cæne excluduntur. 1. Libri Gentilium, infidelium, Examen Ecclesiæ.

Judeorum, & Cathæcumenorum, quamvis contra Religionem, ut liber Thalmud, &c. quia non sunt libri hæreticorum, v. n. 320. 2. Libri Origenis, & Tertulliani; quia licet habuerint errores contra fidem, ob specialem tamen utilitatem ab Ecclesiâ permittuntur, aut retinentes libros hæreticorum, in quibus referuntur errores hæreticorum, in quibus sunt scholia, aut annotationes hæreticorum (nisi scholia essent tam copiosa, ut ex illis potius, quam ex textu, liber constare videretur) etiam si animo hæresim ad discendum legant; quia non sunt libri hæreticorum: supposito tamen, quod sint prohibiti, incurrit excommunicationem Indici non reservatam; quia legunt, aut retinent libros, aut scripta ob hæresim, vel suspicionem falsi dogmatis damnata, Alberghinus c. 32. n. 4. Bord. in Trib. fidei cap. 14. à n. 66. Bufemb. lib. 7. c. 2. dub. 3. ar. 5. n. 1. Bonac. tom. 1. disp. 2. de excomm. puncti. 4. num. 6. Imo Diana p. 11. tr. 11. ref. 32. & Leander de conf. tr. 3. disp. 1. q. 46. idem tenent, etiam si scholia sint tam copiosa, ut ex illis potius liber constare videretur; quia adhuc dicitur liber Auctoris Catholici, non hæretici.

## 2. CONditio

356 **U**t liber expresse contineat hæresim, vel de Religione tractet.

Unde ad incurendam excommunicationem Cæne nec sufficit, quod liber sit hæretici, sed requiritur, quod contineat hæresim, vel de Religione tractet: ac proinde, si sit liber medicinæ, historiarum, &c. nullam continens hæresim, non cadit sub excommunicatione Cæne, sed solum sub excommunicatione Indici non reservata, quæ comprehendit omnes legentes, aut retinentes libros hæreticorum, licet hæresim non contineant, nec de Religione tractent. Leander de conf. tr. 3. disp. 1. q. 37. v. n. 175.

*Contineat hæresim.*

Filluc. Sonfa, Carena, Grassius, & Sairus apud Bord. in Trib. fidei c. 14. n. 70. quibus probabiliter adheret Diana p. 11. tr. 11. ref. 31. volunt non comprehendit sub excommunicatione Bullæ Cæne, sed solum sub excommunicatione Indici, legentes, aut retinentes librum hæretici, licet aliquas contineat hæreses, si non tractet ex professo de hæresi, aut de fide, pura si elset liber Philosophiæ, & Medicinæ, &c. fed requirit, ut ex professo tractet de hæresi, seu de fide, aut Religione, quia particula hæresim, licet fit expressa in singulari, accipi debet in plurali, ut ex usitatione Auctorum acceptione, qui librum tractantem ex professo de hæ-

refi vocant in singulari de heresi, sicut librum tractant ex professo de fide vocant in singulari de fide; licet ille innumeras continet propositiones hereticas, iste de fide.

Quam opinionem Sanchez apud Busemb. lib. 7. de censur. cap. 2. dub. 3. art. 5. n. 2. præsertim confirmat pro Germania, ubi Bulla Cœnæ non est cum tanto rigore recepta.

Et Busemb. cit. addit: *Legens tamen tales, (videlicet libros hereticorum de Philosophia, Medicina, &c. sive nullam, sive aliquam incidenter hæresim contineant) incurrit excommunicationem non reservatam Indicis librorum prohibitorum, ubi is est receptus; quod non videtur esse factum in Germania, saltem cum ista rigore, ut habet Layman l. 2. tit. 1. c. 15. n. 8.*

357 Dico tamen, comprehendi sub excommunicatione Bullæ Cœnæ, etiam si non tractet ex professo de fide, aut Religione, & unam continet hæresim, dummodo si liber hæretici personaliter, seu nominatim damnatus, aut nati ex scela hæreticorum, Sanchez in sum. t. 1. lib. 2. cap. 10. n. 34. Bonac. de censuris disp. 2. q. 5. punct. 4. num. 19. Suarez, & Alerius cum Diana rit. qui hanc sententiam præbent iorem vocat.

Ratio est; quia Bulla Cœnæ relata n. 319. expresse requirit sub disjunctione, quod liber hæretici continet hæresim, vel de Religione tractet, per quam particulam disjunctivam dare clare intelligere, sufficere, quod liber continet hæresim in singulari, licet de Religione non tractet, sed de Medicina, &c. unde absolute hanc sententiam tenet Diana p. 6. tit. 6. ref. 55. Leander cit. q. 39. v. n. 342.

358 Hinc hæc, quod si liber hæretici unam continentem hæresim legas quoad partem notabilem non continentem hæresim, incidat in hanc censuram, Bord. diff. in man. Consult. sect. 49. num. 44. Diana par. 6. tit. 6. ref. 55. quia legis opus prohibitorium ratione sui totius & librum hæretici continentem hæresim; vid. num. 441.

359 Quod si opus illud dividatur in plures tomos, tunc legendo tomum non continentem hæresim, nec de Religione tractantem, non incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ; Alberghinus c. 32. n. 7. Incidit tamen, si omnes tomi non sint separati, sed coeant in unum librum, quia tunc quilibet tomus est pars totius libri, Diana p. 6. tit. 6. ref. 55. v. num. 441.

Imo, si à libro hæretici unam continente hæresim, hæresim deleas, adhuc censuram Cœnæ incurris, si eum legas, aut retineas, Leander cit. qu. 41. & Diana cit. contra Croufers in Reg. S. Franc. cap. 7. lect. 5. pag. 522.

quia deletio hæresis fieri debet autoritate publica, ut liber relinquatur liber ad legendum, &c. v. n. 441.

360 Vel de Religione tractet. Certum quidem est, quod liber debeat ex professo, & non incidenter de Religione tractare; aliud enim est, librum continere hæresim, aliud de Religione tractare; nam ly tractare significat ex professo agere; ly continere vero satis pernicam hæresim in libro repertam verificatur: v. n. 302.

De Religione tractare dicitur liber, si agat de Deo, ut objecto metaphysicæ; minime, si agat de institutione politica, præsendendo ab institutione morum, Tamb. lib. 2. Decal. c. 1. §. 7. num. 7.

### DIFFICULTAS EST,

361 **A**n liber hæretici de Religione communicatus præhendatur sub excommunicatione Bullæ Cœnæ, si nullam continet hæresim?

Negat Bord. in Trib. fidei c. 14. n. 20. quia si liber hæretici de Religione tractans, bene tractet, cessat finis legis prohibentis, qui est periculum subversionis, & infectionis.

362 Dico tamen comprehendi sub censura Cœnæ, ut Bord. ipse fatetur novissime in man. Consult. sect. 48. n. 10. & 11. & sect. 49. n. 51. quia finis legis prohibentis lectionem, & retentionem librorum hæreticorum de Religione tractantium, nedum est periculum infectionis, quod quidem solum habetur, si continet hæresim; sed etiam odium Auditorum, in quantum indignum visum est Ecclesiæ, ut fideles in materia Religionis ab hæreticis erudiantur, ut innuit n. 304. & 317. qui finis permanet, etiam si liber nullum errorem, sed sanam doctrinam contineat.

Tum quia particula disjunctiva, vel, significat sufficere absolute unum, & alterum, nempe, vel quod liber hæretici continet, vel quod de Religione tractet; alioquin, si liber de Religione deberet hæresim continere, hoc secundum non exprimeret quid distinctum à primo, sed contineretur in primo; ac proinde non fuisset necessaria, fed superflua disjunctiva; quia ex iure leges non patiuntur clausulam superfluum.

### 3. CLAUDITIO.

363 **U**T legatur materia notabilis sufficientes ad mortale.

Datur enim parvitas materia; hinc ab excommunicatione Bullæ Cœnæ excusatur lectio decem linearum, etiam si ibi exprimat hæresis; quia tam parva & subita lectio non infert periculum infectionis; v. num. 419. ex-

excusat pariter lectio unius pagine, Bord. cum multis in man. Consult. sect. 49. num. 25. etiam magni voluminis, secundum Sanchez, Rodri. & Sâ, apud Busemb. lib. 7. c. 2. dub. 3. art. 5. n. 5. Idem tenet Diana par. 6. tit. 6. ref. 55. & Leand. de cens. tit. 3. disp. 1. quest. 61. Idem tamen nego de pagina magni voluminis, cum Bonac. rom. 3. de cens. disp. 1. quest. 2. punct. 4. n. 14. & Castrop. tit. 4. disp. 2. punct. 10. n. 5. Layman, qui apud Busemb. cit. concedit Confessario, ut possit ea opinione uti, ut non semper damnet peccati mortalis, & excommunicationis eum, qui bono fine, vel etiam ex caritative unam paginam legit.

Non excusatur autem lectio unius folii, Bord. cit. n. 70.

Excusatur vero retentio unius folii, etiam si hæresim continet, Leander cit. q. 67. cum Sanchez, & Fagund. contra Bonac. quia sicut minus periculum est retinere, quam legere unum folium; ita minus delictum est retinere, quam legere unum folium; adeoque, licet unum folium respectu lectionis sit materia notabilis, non sic respectu retentionis. Ita Leander cit.

366 Qui proposuit multum legere, at postea paginam non excescit; aut multum retinere, sed mutata voluntate librum consignavit, excusatur, quia ad incurrendas penas humanas, non sufficit intentio executionis, sed requiritur ipsa executio; quia poena inducitur ex actu externo imperfecto, Bord. cit. n. 43.

365 A fortiori excusatur parvitas temporis in retinendo; quia periculum infectionis magis viget in lectione, quam in retentione, ut constat.

Unde excusatur, si retineas per unum, aut alterum diem, Busemb. cit. n. 6. Bord. cit. n. 25. etiam ultra, si expectes opportunitatem eum consignandi Superiori; pro quo citat Sayrum, Fanch. Farinac. Graff. Salicem, & Delbene: idem tenet Leander de cens. tit. 3. disp. 1. q. 68. cum Bonacina, Reginal. Durando, & aliis, h. s. verbis:

*Si enim commoditas deferendi ad Inquisitores desistit, & illa absque fraude, & negligentia diu expectatur, non esset locus huic censuræ, quia non dicitur vero retinere contra Ecclesiæ interdictionem, qui opportunum evadendi tempus expectat, sicut nec dicitur rem alienam invito domino possidere, eam restituendi commode occasione expectans: v. n. 481.*

Et q. 60. addit, quod si post datam opportunitatem consignandi adhuc retineret per duos dies, non incurreret censuram, ob parvum temporis retentionem, Bonac. rom. 1. disp.

1. q. 2. punct. 4. n. 15. Tamb. lib. 2. Dec. cit. §. 7. num. 44.

366 Excusatur ab excommunicatione Cœnæ legens epistolam hæreticam, aut brevem condemnationem scripturam editam, etiam si continet hæresim, Busemb. cit. n. 4. & Alberghinus c. 32. n. 5. Diana p. 1. tit. 1. ref. 34. cum Filluc. qui non est liber, & lex loquitur de libro.

367 Eam tamen incurrit, qui legit in quantitate notabili in libro hæretici Doctorum, Proemium, Epistolam ad lectorem, aut indicem, etiam si nulla in ea parte sit hæresis, nisi excuset parvitas materia, D. Flores cit. quia hæc sunt partes libri: v. n. 358. 419.

368 Nominis libri venit volumen, five magnum, five parvum, five typis impressum, five scriptum, Leander cit. q. 43. cum multis, contra Tamb. l. 2. Decal. c. 1. §. 7. n. 13. qui tenet manufacturam non venire nomine libri, ac proinde non comprehendi sub censura Cœnæ: hæc enim est differentia accidentaliter in ratione caracteris. Nominis scripti venit unum, vel alterum solum, five scriptum, five impressum.

369 Quaternus venit nomine libri, quia est volumen; quod enim liber pluribus quaternis consistit, est differentia materialis; hinc ritibus scolasticis theses, quas non in folio, fed in uno quaternio frequenter in publicis disputationibus tradunt, vocant vulgo *libretto*: quaternus dicitur, qui ex quatuor cartulis complicatis constat.

370 Bulla autem Cœnæ exprimit librum, non scriptum; quia liber diu conservatur, & facilius publicatur, ac communicatur.

371 Hinc qui unum, vel alterum solum à libro separatim legit, non incidit in censuram Bullæ Cœnæ; quia nec actu, nec potentia saltem proxima est liber, sed scriptum; incidit autem in censuram non reservatam Pii IV. & Indicis, quæ comprehendit tam libros, quam scripta v. n. 331. & 443.

### DIFFICULTAS EST

372 **D**E venditoribus, qui retinent in quantitate, & massa notabili, folia librorum prohibitorum divisa, ut illis involvant res venditas. An scilicet incidant in censuram Cœnæ?

Negat Delbene dub. 40. pet. 6. quia finis legis prohibentis librorum hæreticorum retentionem, est, ut destruantur, & venditores iam eos retinent ad destruendum, dum retinent, et eorum folia dividant, eisque cibaria involvant: imo per huiusmodi opera desinunt esse libri, & censentur massa cartacea destinata non ad legendum, sed ut vendantur ad

pondus, & ut ad aliam vilem finem infer-  
viant.

373 Dico tamen, eos incidere in censuram  
Cenae, quia hujusmodi solummodo divisio est  
positus libri heretici communicatio, quam  
destructio; & est magis perniciosa Christianae  
Reipublicae, ac contraria finis legis prohibentis,  
ob infemionis periculum: quia hic magis  
hereticorum errores communicantur, quam  
si totus liber apud unum extaret. Adde, librorum  
destructionem non esse faciendam autho-  
ritate propria, sed Superiorum, & per combu-  
sionem, ut infra: ac proinde hujusmodi re-  
tentores incidunt in censuram Cenae. Ita Bord.  
*in man. Consult. sect. 49. n. 27.*

## 4. CONditio

374 **U**T scilicet legatur, retineatur, &c.  
Liquet ex verbis Bullae Cenae n. 162.  
*Scientia, legentis, aut retinentis, &c.* quae con-  
ditio requiritur, tam ad censuram Cenae, quam  
Pii IV. quia una Italia aliam declarat. Bord.  
*in man. Consult. sect. 49. n. 30.*

375 Ignorantia, alia dicitur invincibilis, &  
est illa, quae moraliter vinci, & expelli non  
potest; & tunc habetur, quando nulla cogno-  
scitio, cogitatio, aut expressa dubietas de obli-  
gatione menti occurrit, qua possit quis exci-  
tari ad inquirendam legis, & obligationis noti-  
tiam: vel si menti occurrit, fecit juxta rei  
qualitatem moralem diligentiam ad habendam  
notitiam, & non habuit; ut si dubitans librum  
esse haereticum, interrogavit vicium putarum do-  
ctum, & accepit non esse, cum sit, & haec dicitur  
involutaria, & inculpabilis.

Alia dicitur vincibilis, quae moraliter potest  
vinci, & expelli; & tunc habetur, quando non  
est facta diligentia moralis ab eo, cui occurrit  
expressa dubitatio de obligatione, & haec dicitur  
voluntaria, & culpabilis.

376 Ignorantia vincibilis est duplex, crassa  
seu supina, & affectata: crassa est, cum quis  
per miram negligentiam est piger ad eam depen-  
dendam, & haec est voluntaria-indirecte, quatenus  
est voluta in alio tanquam in causa, scilicet  
in negligentia sciendi: dicitur crassa, & supina,  
per metaphoram desumptam ab homine  
crasso, & pingui, qui communiter nimis negligens  
est, & segnis esse solet: vel etiam ab homine  
supine in lecto jacente, qui sic non curat vide-  
re ea, quae prope ipsum sunt, & negligit fur-  
gere ad vitanda mala sequentia; ita ille non cu-  
rat surgere ad ignorantiam repellendam.

377 Affectata est, cum quis data opera vult  
ignorare; ut cum quis consulto non vult scire,  
an hic liber sit haereticus, ut liberius illum legat,

aut retineat; & haec est voluntaria directe; quia  
directe terminat affectum, & actum voluntatis:  
ubi advertit Ariana, quod quando tu jus-  
dicum probabilis de aliqua re formas, non dis-  
cedis habere ignorantiam affectatam, & culpa-  
bilem; de qua hic est sermo: esto enim tunc  
consulto de ea re nobis amplius inquiretur, &  
scire, est forte in referre, non censuris igno-  
rantiam affectare moraliter, nam conscientia  
probabilis a peccato excusat. Ita ille in tract.  
de actibus humanis.

378 Denum ignorantia est triplex, anteceden-  
dens, concomitans, & consequens. Antecedens  
est illa, quae est causa actus, ita ut eum non pos-  
sit, actus non fieret; & habetur, cum quis est  
ita dispositus, ut v. g. si ferret librum esse haereticum,  
& legem prohibentem sub censura, illum non  
legeret. Concomitans est illa, quae non est  
causa actus, ita ut sine ea adhuc actus fieret; &  
habetur, cum quis est ita dispositus, ut si ferret  
librum esse haereticum, & legem prohibentem sub  
censura, adhuc illum legeret. Consequens est  
illa, quae voluntatem sequitur, eo quod sit ve-  
re voluta, aut indirecte, cum est crassa; aut  
directe, cum est affectata: unde est ignorantia  
libera, quatenus potuit eam non habere, &  
noluit illam deponere. Ignorantia autem ar-  
tecedens, & concomitans, non est libera, nisi  
sit crassa, aut affectata: his positis,

379 Dico 1. quod legens, aut retinens, &c.  
librum, ignorans esse haereticum, & haereticum  
continere, aut de Religione tractare, & ignoran-  
tia crassa, sive antecedenti, sive concomitanti,  
sive juris, sive facti, excusatur a censura; im-  
minue, si ignoret ignorantia affectata: est  
communis quoad 1. partem, Bullae lib. 7. cap. 2.  
*duo. 3. art. 5. num. 7.* & Leander de censuris n. 1.  
*dist. 9. a. q. 18. ad 22. est tamen quoad 2. partem  
contra Dianam p. 3. n. 6. ref. 7. & p. 5. n. 5. ref. 11.  
Bonac. Tamb. & Hurt. qui istidem rationibus  
idem tenent de ignorantia affectata.*

380 Ratio 1. partis est 1. Quia quando  
lex pro incursione poenae exposcit scientiam,  
illa ignorantia excusat, quae scientie opponitur,  
talis est ignorantia crassa: nam crassa  
ignorans non dicitur scientes. 2. Quia  
quando lex poenalis requirit scientiam, solum  
intendit punire delictum formaliter, & di-  
recte volitum, quale non est cum ignorantia  
crassa; unde licet haec non excuset à culpa,  
excusat à poena à lege humana imposta contra  
scientes.

381 Nec afficit, si ignorantia sit concomi-  
tans, quia dispositio, & effectus ille, quod  
adhuc librum legitis, si servitis esse haereticum,  
& legem sub censura prohibentem, si est ha-  
bitualis, virtualis, aut actualis, cum non suppo-

dat

nat actualem cognitionem ejus, non facit a-  
ctum voluntarium, actum individuum exteri-  
um lectionis libri sub circumstantia haereticis  
& censurae. Item solum, si est actualis, facit,  
quod legens tantum peccet peccato interno,  
non externo: nam lectio externa non procedit  
hic & nunc ex ea parva voluntate; quia actus  
externus non est voluntarius, nisi procedat ab  
actu voluntatis tanquam à causa.

382 Ratio 2. partis, quia ignorantia affecta-  
ta equiparatur scientiae, & aequivalere dolo: sic  
nanque ignorans, expressis non vult intelligere,  
ut liberius peccet: ecce dolum, & temeritatem;  
dolos autem, ex jure, nemini suffragari potest.  
Item est dicendum; quando poena imponitur  
sub his verbis: *Si quis temere, malitiose, consilio,  
& audacter; si quis presumptuose, ausus fuerit id  
facere, hanc poenam incurrit;* nam temeritas,  
audacia, & similia, cum requirant contemptum,  
aequivalent scientiae, & dolum important, quae  
non reperiuntur in laborante ignorantia crassa.

383 Dico 2. quod scilicet legens, aut retinens  
librum haereticum, ignorans tamen esse illi  
aenam excommunicationem Bullae Cenae,  
excommunicationem non incurrit; quia igno-  
rantia poenae excusat à poena, unde potest à quo-  
libet Confessario absolvi; à quo quidem mon-  
endus est de censura, & obligandus ad confi-  
gandum librum Inquisitoribus: v. n. 463.

## 5. CONditio

384 **E**st, ut legatur, & retineatur, &c. si-  
ne licentia.

Unde non incidit in censuram, qui cum  
debita licentia librum haereticum legit, aut retin-  
et: debet autem caute cum retinere, ne per-  
veniat ad manus licentiam non habentis.

Habens tamen licentiam, potest committere  
alteri eam non habenti, ut legat eam se  
audiente, si ille linguam latinam ignoret. Bord.  
*in man. consult. sect. 50. n. 35.* cum Del Bene.

385 Licentia legendi, aut retinendi libros,  
sive ob haereticos, sive quavis ex causa prohibitos,  
dum non potest, nisi à Summo Pontifice  
vel à Sacro Congr. S. Officii coram Sanctissimo  
habita, aut ab illis, qui fuerint ab eadem Sacro  
Congr. ad id specialiter deputati: constat ex  
Decr. Urb. VIII. n. 248. relato.

386 Unde eam dare non possunt, nec tradi-  
tos libros legere valent Cardinales, Episcopi,  
aut Inquisitores, nisi specialiter deputationem  
habent: patet ex illis verbis Decreti: *Neque  
de cetero similes licentias, nisi à Congr. S. Officii  
coram nobis, vel ab illis per nos in eadem Congr.  
specialiter deputandis, concedantur:* ubi particu-  
laria excludit, nisi, omnes praeter nominatos

excludit, Bord. *in man. consult. sect. 50. n. 22.*  
Diana p. 4. tract. 8. ref. 46.

387 Possunt autem Inquisitores licentiam  
suis Qualificatoribus concedere legendi libros  
non jam prohibitos, in quibus sunt haereticis,  
errores, & propositiones qualificatione indi-  
gentes; minime vero loquendo de libris jam  
prohibitis, Bord. *cit. sect. 48. num. 61.* quia  
minus Inquisitorum quoad libros continen-  
tes errores, & propositiones qualificatione  
indigentes, est, eos qualificare; quoad libros  
vero jam prohibitos, minus est illos combure-  
re, non qualificare, cum jam qualificati sup-  
ponantur.

388 Tambur. *in lib. 2. Dec. cap. 1. s. 7.*  
*num. 20. art. Considerent autem docti, non  
haec Urbani clausula (ne concedantur) asse-  
rat prohibentem; non enim dicit, ne possit con-  
cedere, sed ne concedatur;* per quae verba vi-  
detur infirmare, quod Decr. Urb. prohibet  
actum, minime tollat potestatem concedendi  
licentias.

Doctores autem cit. communiter ex Decr.  
Urbani inferunt, non posse alios praeter nomi-  
natos hujusmodi licentias concedere: & rite,  
quia finis legis fuit omnes tales licentias elimi-  
nare, per illa verba: *Cassamus, & annullamus*  
qui finis suum non fortiter effectum, si idem  
possent licentia concedere; quoniam licentiae cas-  
satae possent iterum per eorundem novam con-  
cessionem reintegrare.

389 Saletes autem *regula 141. n. 69.* tenet,  
quod Inquisitores possunt legere libros prohi-  
bitos, non obstante Bulla Urb. VIII. quia ejus-  
modi potest bene interpretari, in quantum  
conforme est iuri naturali, & necessarium bo-  
no publico fidei ad ejus defensionem, ut Inqui-  
sitores fruantur privilegio legendi, & habendi  
libros prohibitos, sine quo vix possunt suum  
munus exequi.

Non placet Bord. *cit.* quia si sine tali pri-  
vilegio non possent suum munus exequi, haud  
prudenter Pontifex privilegium revocasset:  
satis autem possunt suum munus exequi, dum  
libros, antequam prohiberentur, habere val-  
lent, & qualificare, ut si opus sit, prohibeantur.

390 Unde Leander de censuris n. 3. *dist. 1.*  
*q. 72. habet.*

*See licet haec sententia olim mihi probabilior  
esset, nunc autem post Decr. Pauli V. & Urbani  
VIII. latum die 2. Aprilis anni 1621. ubi revocantur  
omnes licentiae legendi libros haereticos  
tam, vel de haereticis suspectis, aut alios reproba-  
tos, & damnatos, in Regno Hispaniarum con-  
cessas ab Inquisitore Generali, ab Episcopis, imo  
ab ipso Pontifice (exceptis Inquisitore Generali*

con-



concessis) quibusvisque personis, quavis conditione, & dignitate fulgentibus, & qualiscunque omnino dicendam esse, non excusari à predicta excommunicatione Inquisitores legendo libros hereticos, nisi Inquisitor Generalis duntaxat; quia hunc solum excoipitur dicta Pauli, & Urb. decreti, que sunt apposta in Indice librorum prohibitorum edito Hispal. anno 1632. Ita ille.

391 Qui in g. 79. concedit, posse Episcopos legere libros hereticorum, & dare facultatem alios eos legendi in casu necessitatis; quia in casibus necessitatis potest Episcopus circa casus Pontificis.

Loquendo præcise de libris ob aliam causam prohibitis, quam ob hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem, Hombonus tr. 11. g. 15. ref. 4. concedit, quod non obstante constit. Greg. XV. cum licentias revocant, possint ab Episcopo, aut Inquisitore vicis dignis permitti.

Catellus lib. 1. g. 13. id concedit solum quoad libros cotribidos; quia Gregor. licentias revocando, locutus est de libris prohibitis, nomine quorum veniunt libri simpliciter prohibiti.

Hæc duo dicta non approbat Diana part. 11. tr. 8. ref. 62. quia verba Bullæ tam Gregor. quam Urb. sunt absoluta, & generalia; imò adducit consuetudinem & observantiam his verbis: *Consuetudo, & observantia interpretata est verba Bullæ Urb. VIII. non solum includere libros absolute prohibitos, sed etiam prohibitos, donec corrigantur; patet ex præxi. Et ipse Trid. S. Inquis. quod ipsorum solum prædictos licentiam legendi libris prohibitis, donec corrigantur; nec ullus Episcopus ausus est post Bullam Urb. VIII. & Greg. XV. talem licentiam præbere.*

392 Possunt Inquisitores particulares, v. g. Regni Sicilia, concedere licentiam legendi libros ab ipsi prohibitos.

#### DIFFICULTAS I. EST,

393 **A**N tali licentia possit, qui eam habet, uti ubique terrarum?

Difficultas non procedit de licentia à Sacra Congregatione, aut ab aliquo Inquisitore ab ea ad id deputato concessa; nam quod eam habens possit ubique eos legere, non est dubium, quia est privilegium personale concedum à Superiore universali, ideoque sequitur personam in omni loco.

394 Sed est difficultas de licentia ab aliquo Inquisitore concessa legendi libros specialiter ab ipso prohibitos, an valeat eam habenti in aliis locis, ubi etiam sunt prohibiti? An scilicet licentia tibi concessa ab Inquisitoribus Regni Sicilia legendi libros specialiter ab ipsis prohibitos, tibi valeat etiam in Regno Sar-

diniæ, & in aliis locis, ubi pariter fidem libri sunt à propriis Inquisitoribus specialiter prohibiti.

Dicitur, si etiam ibi sint specialiter prohibiti, quia si non sunt ibi specialiter prohibiti, certum est te ibi eos legere posse; quia prohibitio librorum facta ab Inquisitore alicujus Provincia, aut loci, non ligat extra illam Provinciam & locum; nam ejus jurisdictionis restringitur intra proprium territorium.

395 Afirmant Hieronymus Rodr. in comp. ref. qu. 2. n. 2. Emman. Rodr. & Navar. apud Dianam p. 4. tr. 8. ref. 100. 1. Quia talis licentia est privilegium personale, personam sequens quocunque vadit. 2. Quia talis licentia procedit ex jurisdictione voluntaria, & gratiosa, quæ etiam extra proprium territorium potest exerceri, ut absolvere, dimissorias concedere, &c.

396 Dico tamen, te non posse tali licentia uti in aliis locis, ubi etiam libri sunt specialiter prohibiti. *Port. ver. Librorum prohibitio num. 4.* Leander de censur. tr. 3. disp. 1. g. 78. quia sunt territoria diversa, & privilegium unius Episcopi derogare non potest præcepto alterius Episcopi.

397 Rationes in oppositum non sunt ponderis; nam prima est vera, quando privilegium non invenit in aliis locis legem contrariam; quia privilegium unius Episcopi, aut Principis non potest derogare præcepto alterius Episcopi, aut Principis, hinc habens licentiam defendendi arma prohibita à Prorege Neapolis, non potest ea deserre in Regno Sicilia.

398 Ad 2. Illa jurisdictionis est voluntaria, & gratiosa, quæque exerceri potest extra proprium territorium, quæ non præjudicat jurisdictioni Superioris alterius territorii, puta si concedat ibi beneficia: talis est, si concedat dimissorias proprio subdito, ut Ordines suscipiat ab alio Episcopo; quia sic alterius Episcopi jurisdictionem non ledit, sed potius fovit, submitteudo suum subditum alterius jurisdictioni quoad Ordines suscipiendos: similiter potest in alieno territorio absolvere, si absolvendus adhuc ibi sit ipsi subditus, juxta dicta n. 207. Non potest autem non subdito, nec dimissorias, nec abolitionem pro alieno territorio concedere; imò sicut licentia audiendi confessiones data tibi ab uno Episcopo, non valet in territorio alterius: ita nec recentia licentia legendi libros prohibitos, valet in territorio alterius Inquisitoris.

DI-

#### DIFFICULTAS 2. EST,

399 **A**N talem potestatem hujusmodi licentias concedendi suis Religiosis habeant Generales Regularium? Afirmat Peyer. tom. 2. de priv. const. g. Pauli V. n. 10. dicens Urb. VIII. non revocasse privilegia Regularium; nam tantum loquitur de licentiis concessis personis particularibus, non de privilegiis Regularium.

400 Dico tamen, Generales Regularium, etiam Societatis, hujusmodi licentias concedere non posse, Diana p. 3. tr. 17. ref. 49. Bord. in Trid. fidei cap. 14. n. 34. quia Urb. VIII. annullat omnes & singulas licentias, etiam per Constitutiones Apostolicas, & quavis ex causa, & quibusvis personis, quomodolibet privilegiatis, concessas; & in hunc ab hujusmodi licentiis dandis excludit omnes, præter ibi nominatos, ut n. 349. ac proinde omnia privilegia, quæ quoad hoc erant, excludit; tum quia (ut bene brot prohibitos legere, quia hoc eis competit ex privilegio concessi dignitati, & non personæ, & Bulla Urb. annullavit licentias personis privatis concessas, non privilegia: sicut igitur post Bullam Urb. non possunt Inquisitores libros jam prohibitos legere, nec licentiam eos legendi concedere, sic nec possunt Generales Regularium.

His de rationibus Diana cit. ait, se impetrasse, & obtinuisse à Sacra Congreg. Univ. Inquisit. licentiam legendi libros quomodolibet prohibitos, & eam registraré hic Panormi in Tribunali S. Officii die 20. Augusti 1636.

401 His igitur quinque conditionibus positis, legentes, retinentes, imprimentes, vel defendentes libros hereticorum, censuram Bullæ Cæne incurunt.

#### CAPUT IX.

##### De legentibus libros hereticorum.

402 **L**egere dicitur non solum qui voce, sed etiam qui tacitus oculis librum percurrit.

403 Legens, ignorans tamen linguam latinam, aut aliam, qua est liber confectus, nec peccat, nec incurrit censuram, Diana g. 1. tr. 11. ref. 36. Bord. in man. consult. sect. 49. n. 12. & 72. & apud ipsum Sanchez, Del Bene, & alii contra Bonac. quia cessat finis legis, nempe periculum infectionis, & odium Auctoris, quia Auctor ex lectione intelli-

gentis, non ignorans, honorem consequitur: lectio namque illa est materialis importantis præcise sonum articulationum verborum, quo pacto etiam à pittance edo folet: hic locum habet illud Catonis, *Legere, & non intelligere, non est legere*; per talem ergo lectionem, non periculum adest, nec communicatio cum hæretico in doctrina.

404 Si vero illum per notabile tempus retineat, peccat mortaliter, & incurrit censuram. 1. Quia talis retentio est in periculum infectionis aliorum, & in honorem Auctoris. 2. Quia retentio per Bullam Cæne independentem a lectione prohibetur, constat per particulam disjunctivam, *aut, in num. 321. Legentes, aut retinentes*. Leander de cens. tr. 3. disp. 1. qu. 67.

405 Legentes curiositatis causa, aut ob sermonis elegantiam, non exculantur, Leander de censur. tr. 4. disp. 1. g. 53. quia hæc non liberant à periculo infectionis. Tum quia prohibitio est absoluta, nec Bulla considerat effectum legentis, sed factum.

406 A censura excu fat, qui librum hereticum alias sepe lectum, & mente retentum, memoria recitet, etiam ex malo fine, Leander cit. g. 56. Bord. in man. consult. sect. 49. n. 48. Navarr. Fagun. Del Bene, & nonnulli alii apud eos; quia recitare non est legere, nec Bulla finem legentis, sed factum considerat.

407 Non excusatur famulus, si legat de mandato domini, ipso domino audire volente, si famulus, quod legit, intelligat; quia vere legit.

Excusatur vero quis, si legat de mandato alterius, aut quod prudenter grave damnum timeat, Bord. cit. n. 41. Leander cit. g. 57. & alii; quia metus gravis cadens in virom constantem excusatur à transgressione præcepti Ecclesiastici. Ita Leander cum permittit de censur. tr. 1. disp. 9. g. 25. contra Durandum, quia non potest de pietate S. Matris Ecclesiæ præsumi quod velit præcepta sua cum gravi damno obligare, suasque penas ligare. Tum quia, qui ex gravi metu transgreditur, non censetur contumax; quia non est contemptum, sed necessitate.

Rationes in oppositum explicantur de metu levi.

408 Ipse hereticus, si suum librum hæresim continentem, aut de Religione tractantem legat, aut retineat, et pariter excommunicatus excommunicatione Cæne, ex duplici titulo, videlicet ratione hæresis, & ratione lectionis, vel retentionis libri hæresim continentis, aut de Religione tractantis, Leander de censur. tr. 3. disp. 1. g. 5.

Scm.

419 Semper autem in lectione librorum prohibitorum est attendenda gravitas materiae, ubi commune est, quod legens partem notabilem, in qua non est error, peccat mortaliter, & censuram incurrit, si lectio sit sub censura prohibita, quia ob unum errorem totus liber est prohibitus, & sic quoad vi omnes partes: ubi satis doctè advertit Tamb. in 2. lib. Decal. c. 1. §. 7. n. 15. Quod si consulto legas paucas lineas illas, ubi est error, ob quem liber fuit prohibitus, peccas mortaliter, & respective censuram incurris; quia cum illa linea sint tota causa prohibitionis, inobedientia erit gravis: si autem eas legas non consulto, sed cala, excusatis ob pervertat materia: v. n. 367.

### Q U Ë R E S I.

420 An famulus legendo librum heretici impatiens a domino metu gravi cadente in virum constantem, tueretur censuram, si motus sit incussus in contemptum Religioni, seu potestatis Ecclesie? Peccat mortaliter, sed non incurrit censuram, tenent Candidus, & Saleius apud Leanderum de censur. tr. 2. disp. 9. q. 26. Ratio est, quia hic non peccat contra præceptum Ecclesiasticum de non legendis libris hereticorum sub poena censura; nam præceptum Ecclesiasticum non obligat cum tanto detrimento: sed contra præceptum divinum tuendi fidem, & Religionem, quod obligat etiam cum periculo vitæ.

Resp. peccare mortaliter, & censuram incurrit, Leander cit. Bord. in man. consult. sect. 49. n. 41. Villalob. Filliuc. & alii permulti. Ratio 1. quia contemptus fidei est ab intrinseco malus, ut nulla ratione valeat cohonestari. Ratio 2. quia cum in tali casu iste obligetur sub mortali præcepto divino ad non legendum, prudenter præsumitur, quod etiam Ecclesia velit illum suo præcepto sub censura obligare.

### Q U Ë R E S II.

421 An audiens alium legentem librum heretici incurrit censuram?

Negant Azorius, Sayrus Graff. Laym. apud Leanderum de censur. tr. 2. disp. 1. q. 59. li. audit casu, aut si alium sua voluntate legentem ad audiendum accedat. Affirmant vero, si consilio, iussu, petitione, mandato inducat alium, ut sibi legat. Ratio est; quia qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. 2. Quia ille non se habet mere passive, sed active influendo, & ideo legit.

Absolute affirmant Leander cit. q. 58. & 59. Suarez, & Roccaffoli. apud ipsum, si ve audit casu, si consilio, iussu, petitione,

aut mandato inducendo. Ratio est; quia lectio conficitur ex duplici actione, nempe ex prolatione, & perceptione verborum; ad eoque audiens, cum percipiat verba, que profertur, dicitur lectionem consummare, & sic legere complete, 2. Quia idem est periculum infectionis in audiente, & legente.

Resp. quod audiens legentem librum heretici, si primo, si secundo modo audit, peccat mortaliter, sed non incurrit censuram, Port. ver. Librorum prohibitio in addit. n. 11. Tamb. lib. 2. Decal. c. 1. §. 7. n. 32. Dian. p. 1. tr. 11. ref. 33. & apud ipsum Filliuc. Sanchez, Bonac. & permulti. Ratio est; quia ex jure verba legis poenalis sunt in propria, & stricta significatione accipienda.

Imo Tamb. cit. n. 33. concedit, quod si dominus audiat famulum indoctum suo iudicio librum latinum prohibitum, neuter peccet, nec incurrit censuram; non dominus, quia non legit, nec dicitur cooperari peccato alterius, quia solum inducit famulum ad materiale lectionem, que non est prohibita: v. num. 402. Iam famulum, quia materialiter legit. Dico tamen, famulum peccare mortaliter ratione cooperationis, si sit periculum infectionis in domino audiente; præsertim si sciret, cum audire animo errorem addicendi.

422 Ad rationes oppositas: ad 1. primæ opinionis; in recentia regula, qui per alium facit, &c. factio non accipitur proprie, & strictè, sed interpretatur per sectionem juris; delicta vero in ordine ad poenas, præsertim censuras, non finguntur; hinc ex communi sententia, censura lata contra facientes, non afficit mandantes, consulentes, inducentes, &c. Bord. cit. n. 35. cum Bonac. q. 1. de censur. p. 6. Barb. & alii, inducens autem alium ad legendum, proprie non dicitur legere, quia (ut advertit Bord. cit.) lectio est actus physicus vitalis; inducio vero est actus mentalis.

Per hoc solvitur secunda ratio: quia ille se habet active actione morali, non physica, physice autem quoad lectionem, quam audit passive se habet; ac proinde proprie non legit.

423 Ad 1. secundæ opinionis: lectio quidem dicit duas actiones, prolationem scilicet, & perceptionem, seu intelligentiam verborum, que tamen utraque fit in ipso profertente, quasi actus immanens: hinc ex defectu intelligentiæ in ipso profertente, diximus n. 403. quod legens, & non intelligens, non est legens; ac proinde censura excusat.

Ad

424 Ad 2. licet idem sit periculum infectionis in audiente, & legente, non sequitur, quod audiens censuram incurrat, sicut legens, quia lex solum exprimit legentes, non audientes; quod aperte demonstrat nonnulli audientem comprehendere; quia ex jure, si aliud voluerit, expressisset; & in edictis non valet argumentum de casu expresso ad casum non expressum, ex identitate, aut similitudine rationis: v. n. 425.

425 Ratio autem, quare lex legentes, non audientes exprimit, potuit esse, quia leges non ad ea que raro, sed que per se, & sæpe contingunt, se referunt, leg. Nam ad ea, ff. de legibus; lectio vero libri heretici sæpe, auditio raro contingit; nam legens sciens se denunciandum, & puniendum, diligenter curat in occulto legere, ut a nullo audiat. Certum nanque est, ut audiens legentem librum prohibitum, teneatur illum denunciare, Bord. in man. consult. sect. 49. n. 40. & ideo lex fulminando censuram, legentes, non audientes exprimit.

### Q U Ë R E S III.

426 An legens librum heretici in Gallia, Anglia, & aliis locis, ubi Bulla Cane non est recepta, incidat in censuram?

Resp. negative, Diana p. 1. tr. 11. ref. 25. Leander de censur. tr. 3. disp. 1. q. 51. Decanus, Sanchez, & quamplures apud eos, quia hoc est commune cunctis legibus humanis; hinc Decanus in summ. theol. tr. 3. c. 6. q. 8. nu. 4. ait, multos Catholicos in Germania excusari a censura, quia multis in locis Bulla usu recepta non est.

427 Non excusatur in locis illis, ubi Catholici sunt cum hereticis permixti, & Bulla est usu recepta; ubi Leander cit. addit limitatorem Hurtado de Mendoza, his verbis:

*Ait enim, quod illi, ad quos non spectat tueri fidem in dictis Provinciis, publica dispensatione, aut scripto, minime possunt tales libros legere, quamvis sit cum animo errorem consummari; bene tamen illi, quibus incumbit sic expugnatio; quia tunc ipsa fides pateret damnari, cum libris hereticorum non inspectis, non possint illorum errores oppugnari: possunt ergo, imo & debent tales Doctores huiusmodi libros in dicto casu legere.*

### C A P U T X.

#### De retinentibus libros hereticorum.

428 Retinere dicitur, qui apud se librum habet, si ve proprium, si ve alienum; quovis modo illum habeat, si ve con-

modatum, si ve ad ligandum, &c. si ve retineat proprio, si ve alieno nomine; quia Bulla non requirit, quod liber sit proprius retinentis, sed absolute prohibet, ne retineatur, & retinens alieno nomine, vere dicitur retinens, Bord. cit. sect. 49. n. 14. & in Trilob. fidei cap. 14. num. 72. etiam in aliena domo habeat, Bulemb. lib. 7. c. 2. dub. 3. art. 5. n. 8. Bonac. tom. 3. disp. 1. qu. 2. par. 4. n. 15. unde hic a censura non excusatur.

429 Retinens ad consultandum, non excusatur a censura, Bord. in man. consult. sect. 49. n. 13. quia lex absolute prohibet, & factum respicit, non affectum: & intentio bona non potest cohonestare actum absolute prohibentem. Potest autem hic a suspitione hæresis se defendere, si id probet, ostendendo consultatorem ante inventionem librorum factas, Bord. cit. n. 74. quia non potest præsumi suspensus de hæresi, qui ex professo hæresim impugnat; nec tunc adesse periculum infectionis constat contrario effectu, cum ex consultatione hæresis extirpetur; quoniam nulla causa potest producere effectum sibi contrarium; unde si cut calor non potest causare frigus; ita nec consultatio hæresis hæresim: hinc ait Bord. cit. n. 75. Hic est singularis casus, ex quo ad exemptionem non inferatur ad suspensionem hæresis, quia constat de excusatione destructione.

430 Item non excusatur a censura retinens, etiam si cogoscit, nullum esse subversivum periculum. 1. quia hæc prohibitio non solum est facta ob periculum, verum etiam in odium hereticorum, Diana p. 6. cit. 6. ref. 49. adeoque etiam si cesset periculum, non cessat hinc adequeque legis; de hoc puncto late agit Tamb. lib. 2. Dec. c. 1. §. 7. n. 26.

431 Non excusatur a censura Cœne asportantes de uno in alium locum, vel vendentes scienter libros hereticorum, Leander de censur. 4. disp. 1. q. 88. quia nedum sunt retentores, sed etiam fautores hereticorum: excusatur solum, si illos asportent inclusos in capsulis, nesciendo ibi contineri libros hereticorum.

432 Nec excusantur retinentes in Bibliothecis ad ornatum fine animo legendi. Leand. cit. q. 64. ob rationem n. 414. insinuatam.

433 Pro libris prohibitis, qui in Bibliothecis Regularium forte retinentur, Bord. novissime in man. consult. de anno 1692. sect. 49. nu. 15. cum Del Bene velit censuram tantum incurrit Superiorum Monasterii, si libros Inquisitori non consignet, minime Bibliothecarium, quia cum libri sint incorporati Monasterio, Bibliothecarius solum dicitur eorum habere curam; aliud autem est cura, aliud re-

retentio. Ita ille, qui censuram etiam bibio-  
theicum incurrit prius dixerat in Trib. fi-  
dei de anno 1665. c. 14. n. 72.

434 Non excutatur Religiosus, qui librum  
et bibliotheca extractum in sua camera retinet,  
etiam si de licentia superioris retineat; quia  
vere retinet, Bord. in Trib. fidei cit.

435 Inventus in domo cum libris prohibi-  
tis libri ex hereticis relicti, suspectus non  
erit, si sit vir bonae fame, nec alias suspectus,  
aut similibus iniquitates; sed praesumitur igno-  
rans, Bord. in Man. consulti. sect. 49. n. 73. Al-  
berghinus c. 22. n. 24. Carena tit. 10. p. 4. n. 27.

436 Dans librum prohibitu habenti facultatem  
legendi, nec dicitur retinens, nec incurrit  
censuram, nisi prius legerit, aut retine-  
rit, Bord. cit. n. 31. contra Bonac. de cen-  
sur. n. 18. quia recipiens, & tradens, sunt cor-  
relativi: correlatorum autem pars est judi-  
cium; unde si unus licite recipit, alter licite  
tradit.

437 Nec obstat, quod dominus amiserit quis,  
& dominium libri, quia non dat, ut suum,  
sed donat, sed consignat habenti facultatem  
legendi, qui postea tenetur illum Superiori  
consignare ad comburendum.

438 Libri igitur, statim ac sunt prohibiti,  
desinunt esse juris, & domini habentis, sed  
sunt juris, & domini Tribunalis S. Officii, in  
ordine tamen solum ad comburendos; & hoc  
pactio prohibito est quadam confiscationis spe-  
cies, Bord. cit. sect. 48. n. 42. Hinc habens li-  
brum prohibitu, illum alienare non potest,  
alteri dando, vendendo, &c. quia est sicut  
S. Officii, ut comburat, Bord. sect. 48. n. 44.

439 Servus retinens pro domino habentem  
licentiam, aut quis, emens, vel ligans librum  
ad instantiam ejus, qui pariter licentiam ha-  
beret, excutatur, quia licite retinet: nam cum  
conceditur aliquid, conceditur facultas ad ha-  
bendum media ad eius consecutionem: media  
que sequuntur naturam sui finis, & ab eo re-  
gulantur, l. Oratio 16. ff. de sponsal. Ita Bor-  
don. cit. sect. 49. n. 18.

Hoc autem dico verum de servo, si retineat  
praesens alicuius famulatum domino, ut  
librum habeat, v.g. librum tanquam ba-  
bulus deferendo domino; minime si librum in  
propria domo, aut in proprio cubiculo a do-  
mini cubiculo distincto retineat, quia licen-  
tia retinendi concessa domino non communi-  
catur servis, nisi in quantum sunt media, ut  
dominus habeat; hinc si Superiori Monasterii  
licentiam habeat retinendi libros prohibitos,  
non proinde potest subditis eisdem in propria  
camera retinere.

440 Qui statim ac cognovit, librum esse

prohibitu, illum donavit amico, quia haud  
amplius eum apud se habet, non incurrit cen-  
suram; quia vere non retinet. Bord. cit. n. 29.  
Peccat autem mortaliter contra obedientiam ra-  
tione precepti, quo illum consignare debuit  
Inquisitori.

Q U E R E S,

441 Liber quidam Haereticus de medicina tra-  
ctans, aliquos tamen continens hereses, fuit in  
duas partes divisus, & quia Petrus retinet par-  
tem illam, ubi hereses non continentur, petit, ut  
incurrat censuram Bullae Canonicae.

Negat Ugolinus z. p. de casibus refer. Pa-  
pe, ver. de retinentes n. 3. Sueto jus in Bul-  
lae Canonicae c. 1. numer. 180. apud Dianam par. 10.  
n. 12. ref. 471. quia si una, vel altera haereticis,  
que continebatur in libro, inventiura abra-  
ta, aut ea folia detracta, ex eius lectione,  
aut retentione non contrahitur censura;  
quia tunc liber non continet haereticum, nec  
adesit periculum eam reperendi; v. num. 358.  
c. 359.

442 Secundo, quia ex communi cum Bonac.  
Sanchez, Durando, & Alberghino cit. sup.  
sub num. 359. si opus haereticis pluribus con-  
stantis tomis. coeuntibus in unum volumen,  
quod unam, aut aliquas hereses continet,  
dividatur in plures tomos, tunc non incurrit  
censuram Canonicae: qui legit, aut retinet to-  
mum illum, qui nullam continet haereticam.  
Pariter si liber haereticus unam, aut aliquas  
haereses continens, dividatur in plures par-  
tes, tunc non incurrit censuram; qui legit,  
aut retinet partem illam, quae nullam continet  
haereticam.

Corroboretur paritas; nam in hac re, vel at-  
tenditur periculum haereticis; & hoc aeque in utro-  
que casu evitatur: vel odium haereticorum,  
et omne doctrinae: hoc in neutro casu effugitur,  
igitur vel in utroque casu censura incurritur,  
vel in neutro.

443 Nec officit, quod pars illa sit pars li-  
bri haereticus; quia si illa, etiam si libro est di-  
visa, adhuc est pars libri, & inde sufficiens ad  
censuram, etiam si solum a libro divisum erit  
pars libri, & inde sufficiens ad censuram; &  
tamen ex nu. 369. qui unum, vel alterum so-  
lium a libro separatam legit, aut retinet,  
non incurrit censuram Canonicae; quia ob di-  
visionem, nec actu, nec potentia, saltem pro-  
xima est liber.

444 Resp. cum incurrit censuram Bul-  
lae Canonicae. Leander de censur. tit. 2. disp. 2.  
q. 46 Bonac. Esquod. Trullench. & alii apud  
quosdam. Ratio est, quia ex num. 368. censura  
quod

quod liber haereticus continet unam haereticam  
est prohibitus totus, ac proinde prohibitio  
& censura transgreditur in omnes partes  
quatenus est liber prohibitus ratione totus,  
& quia pars libri divisa a comparte est vere  
pars libri haereticus; qui continet haereticum  
ideo legens, aut retinens, censuram Canonicae  
non effugit.

445 Ad i. rationem in oppositum dico, eam  
esse veram, si haereticus sit ab astra auctoritate pu-  
blica.

446 Ad 2. paritas quidem est valida ut  
Diana cit. eam non solvat, nec opinionem re-  
lupum: sed disparitas est; quia, quando vo-  
lumen constat ex pluribus tomis, dividit-  
tur in plures tomos, quilibet tomus jam di-  
visus constituit per se unum librum, qui non  
dicit ordinem per se, sed per accidens ad  
alium tomum in ordine ad faciendum unum  
volumen, & librum; quoniam unus tomus  
solitarie perfectum constituit librum inde-  
pendenter ab alio tomus: non sic est in casu  
nostro, ubi non fit divisio libris libri in plu-  
res tomos, sed unus tomus in plures partes;  
quia supponitur, quod librum non constat plu-  
ribus tomis, & ideo quilibet pars libri di-  
visa est per se ordinata ad compartem, &  
totum librum damnatum: ac proinde non  
obstante divisione pars retinet prohibitionem,  
& censuram, quam eam legens, aut retinens  
incurrit.

447 Ad 3. disparitas est ex num. 369. quia  
unum, vel alterum folium separatum est scri-  
ptum, non liber, nec pars libri potentia proxi-  
ma: in casu vero nostro pars divisa, cum non  
supponatur solum, non est scriptum, sed in se libri,  
partialis tamen, quatenus est per se ordinata ad  
compartem, & totum.

448 Confirmatur. Solum, quia per divisionem  
a libro evadit scriptum; dicitur in potentia  
remota liber; igitur pars libri, de qua est  
sermo, quia per divisionem non evadit scri-  
ptum, retinet actu esse libri in se, & in po-  
tentia proxima esse libri totalis continentis  
haereticum.

C A P U T XI.

De imprimendis libris haereticorum.

448 I mprimendum nomine veniunt: Officinae  
& impressoria dominus, cujus auctoritate  
libri typis mandantur: qui typis ordinant, & co-  
mponunt: qui sic compositos Insignum attri-  
bunt: qui stercularia premunt: qui chartas ma-

deficiunt, aut mactatas sterculari supponunt;  
ubi nunguam omnes impressores dicitur: & ideo  
omnes censura Bullae Canonicae innodantur. Ita Leander  
de censur. tit. 3. disp. 2. q. 82.

Transcribentes libros haereticorum, eandem  
censuram incurunt, quia nulla est in substantia  
diversitas; imo sunt fautores haereticorum; cum  
eos sic maxime adjuvant ad propagandos erro-  
res. Leander cit. q. 87.

449 Qui expensis impressionis facit, non  
incurrit censuram; quia non dicitur imprimere;  
sed retinet ad impressorem concurrere;  
peccat tamen mortaliter: incurrit autem cen-  
suram ut fautor, si id faciat, ut faveat haereti-  
cis; imo & omnes sub nomine imprimendum  
448. relati: erunt etiam fautores, si ea mini-  
stria exhibeant, ut faveant haereti. Leander  
cit. q. 84. & 86.

450 Corrector exemplaris impressi hanc cen-  
suram non incurrit. Leander cit. q. 83. Fa-  
gus. Suarez, & alii apud ipsum, contra Fil-  
luc. Palao, & Tamb. lib. 2. Decal. cap. 1. §. 7.  
n. 46. quia proprie non est impressor, sed im-  
pressi inspector, incurrit autem censuram Cen-  
surae ratione legis librum haereticum, si cor-  
rigendo notabilem partem legit.

451 Tradens librum, ut imprimatur, non  
est impressor, sed faciens imprimere, Figu-  
lin. lib. 1. in Decal. cap. 14. num. 37. contra Leander  
drum cit. q. 85. & Tamb. cit. unde incurrit  
censuram Canonicae, non ut impressor, sed ut  
haereticus, si est libri auctor, vel ut fautor,  
si non est auctor, cum sic maxime faveat haereti-  
cis, propagando.

452 Qui impressoribus vendunt caractere-  
tem aeternum, papyrus, atramentum, & alia  
ad impressionem necessaria, non incurrit  
censuram, nisi ea ministrant, ut faveant haereti-  
cis; quia tunc erunt fautores, non impresso-  
res, nam non concurrunt proxime ad impres-  
sionem. Leander cit. q. 86.

C A P U T XII.

De defendentibus libros haereticorum.

453 D efendentes libros haereticorum,  
subduntur tantum Bullae Can-  
onicae; non Bullae Pii IV. aut Indicens; Quia in  
his nulla est mentio de defendentibus.

454 Ex Bordon. in man. consulti. sect. 49.  
num. 85.

Modi defendendi libros haereticos sunt, si ver-  
bis, vel factis, aut scripturis exaltetur liber  
probando, quia in scriptis sunt, esse vera. Qui  
librum abscondit. Quis impedit, ne deficiat ma-

S. Officium, aut ne comburatur. Qui laudat opus, qui persuadet non esse dignum combustione, vel injussu fuisse prohibitum.

455 Excusatur, qui laudat stylium libri, vel ingenium Auctoris, vel bonam doctrinam, quae in eo est. Item, si dicat: hic liber est bonus, si non contineret haereticum, Bulemb. lib. 3. cap. 2. dicit. 3. tit. 5. num. 8. Leander de censur. tit. 3. disp. 1. qu. 94. & 95, quia haec laudat secundum se, non ut opera haeretica, & sic non defendit librum haereticum.

Absolute laudans librum haeretici, sanas continens doctrinas simul & pravos, incidit in censuram. Leander cit. qu. 96. quia illum simpliciter laudare est defendere.

**Q U E R E S I.**

456 An laudans librum haeretici ex professo de Religione tractantem, nullum tamen errorem continentem, incurrit censuram?

Afirmat Salettes 144. numer. 197. quia haec locutio: hic liber sectarius haereticus, est optimus, non est dignus prohibitione, aut combustione; tametsi nullo praesente profertur, magna est ejus laudatio; ergo aequalis defensio.

457 Negant Leander cit. qu. 96. & Bord. cit. n. 87. si laudatio sit operis in se; quia laudatio libri de doctrina libri in se bona, non est mala, nec prohibita; adeoque per se non continet defensionem libri, ut est ab Auctore tali, nempe haeretico. Monet tamen Leander, ut laudatio non sit tantum, ut videatur Auctor & doctrina quae simpliciter commendatur.

458 Ad locutionem, quam adducit Sall. respondet Bord. cit. verba illa esse iniquam laudationem, si referantur ad Auctorem, minime si ad opus in se spectatum, cum sit bonum. Et in foro externo (ait) acceptandum esse sentium, quem sic loquens declarat esse intellectibile.

**Q U E R E S II.**

459 Petrus nullum habens errorem in intellectu sed vere Catholicus, ingenti tamen gratia, nullo praesente edidit scripturam in defensionem libri haeretici, quam nulli ostendit, sed apud se custodit, An incidit in censuram Censurae?

R Esp. affirmative, Leander cit. qu. 90. contra stat ex verbis Bullae sub num. 319. Quomodo librum defendentes, ex quarvis causa, publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore.

**Q U E R E S III.**

460 An censuram incurrit, qui solus disputationis gratia librum haeretici defendit?

R Esp. affirmative, Leander cit. qu. 91. Sanchez, Trullench, & alii constat ex verbis n. 459. relatis: Quovis ingenio, vel colore. Hinc librum haeretici defendere dicitur, & censuram incurrit, qui disputationis gratia doctrinam pravam talis libri rationibus confirmat, vel ad argumenta Catholicorum in libro relata solutiones dat; quas rationes, & solutiones non impugnat.

**Q U E R E S IV.**

461 Petrus ex proposito quendam libro Calvinii continente haesim, dixit: volo defendere hunc librum esse bonum, & nullam continere haesim, An censuram incurrit?

Afirmat absolute Castropol. rom. t. disp. 2. punct. 10. §. 2. nu. 14. dicens, eum esse defensionem.

462 Resp. non incurrit, si praesertim sit in sola voluntatis ostensione, Leander cit. qu. 91. Bord. cit. n. 86. Sanchez, Egidius & alii: quia Bulla exprimit factum, defendentes; velle autem facere, non est facere. Incurrit vero (ait rite Leander) si cum effectu defensionem sit aggressus, aut jam esset quasi in proximo patens ad illam, provocans ad certamen volentes contrarium sustinere; quia hoc jam moraliter defensio actualis reputatur.

**C A P U T XIII.**

*De Libris prohibitis comburendis, aut expurgandis.*

463 Libri perpetuo quavis causa prohibiti sunt Inquisitoribus, aut Episcopis respective consignandi, juxta dicta superius, sub termino praefixo in ipsa Bulla Urb. numer. 340. quia tempus illud tunc appositum ad sollicitandam consignationem, non ad terminandam obligationem, Bord. in man. consult. sect. 48. n. 38.

Dixi, sub termino praefixo in ipsa Bulla Urb. nisi aliud brevius tempus fuerit in edictis Inquisitorum praescriptum, quod debet attendi: hinc in edicto Inquisitorum Regni Siciliae pro consignandis expurgatori libris expurgandis, solum tempus quindecim dierum praescribitur.

464 Ubi nota, quod si potens librum haeretici commode intra duos dies consignare, illum non consignet, incurrit censuram Bullae Censurae, ut retentor: v. n. 265.

465 Inquisitores, & Episcopi respectively libros perpetuo quavis causa prohibitos

tos, quantocyus comburere debent, ex Bulla Urb. VIII. relata n. 348.

466 Dicitur quantocyus (inquit Bord. cit. num. 50. idem valet ac quantum, importantis spatium reum mensuram magnis, duorum in praesens. Bord. disp. 502. Sollellis vob. 141. num. 95. ait. in religioisiam, nisi dilato combustionis expediat ad formidandum processum, vel ad convicendum reum ab abusu illius; expedita ergo causa comburantur libri, Italiae.

467 Libri prohibiti ad tempus, donec corrigantur, deferendi sunt Inquisitori, aut Expurgatori ad id ab eo deputato intra terminum praescriptum, juxta dicta n. 463. quia facta expurgatione possunt absque nova licentia retineri.

468 Expurgator debet eos corrigere juxta exemplar correctorii à Magistro Sacri Palatii, aut à Tribunali Inquisitionis confectio.

469 Non potest quis per se ipsum sine mortali eos expurgare, nisi de licentia Inquisitoris, aut Episcopi respective, Lupus par. 4. lib. 5. art. 4. disp. 1. pag. 465.

**Q U E R E S I.**

470 An aliquam censuram incurrit, & sit suspensus de haeresi, qui librum haeretici Inquisitori non consignat, sed propria auctoritate comburit?

Leander cit. qu. 70. & 71. cum aliis tenet non incurrit excommunicationem Bullae Censurae, sed excommunicationem Julii III. & Pii IV. nam in Bulla Pii IV. Cum meditatio, apud Bord. in man. consult. sect. 48. nu. 54. praecipitur consignatio librorum prohibitorum, his verbis: *Moneamus, ut si quilibet eorum in virtute S. Obedientiae, & sub incursis haereticis, ac omnibus contra haereticos de jure sufficit, & promulgatis, tam Ecclesiasticis, quam temporalibus sententiis, censuris, & poenis.*

Quod praecipit confirmavit Pius IV. anno 1554. per aliam Bullam, quae incipit, *Pro munere.* 471 Resp. comburentem per se ipsum librum haeretici, peccare mortaliter; non esse autem suspensum de haeresi, & nullam censuram incurrit, Bord. cap. num. 53. & alii apud Leandrum cit.

Praebatur: peccat mortaliter, quia contra praecipitum obedientiae. Non est suspensus de haeresi, quia comburendo non amittit, sed odit haereticum. Non incurrit excommunicationem Bullae Censurae, quia Bulla Censurae relata n. 319. solum exprimit legentes, retinentes, imprimentes, & defendentes libros haereticorum, & nullam mentionem facit de comburentibus.

*Examen Ecclesiasticum.*

472 Non incurrit excommunicationem Julii III. & Pii IV. n. 305. relatum, de qua est difficultas, 1. quia A. ex. VII. n. 322. relata, omnes poenas in materia librorum prohibitorum reducit ad poenas, & formam Bullae Censurae, Indiciis, & Pii IV. super confirmatione dicti Indiciis edita, quae incipit, *Dominici gregis.* Ubi non infligitur censura non consignantis, sed retinentibus, aut legentibus.

473 Secundo, quia ipse Julius III. & Pius IV. relati (ut advertit satis doctus Bord. c. n. 54. & Pueronius apud Dianam par. 10. tract. 18. resp. 46.) praetatis poenas affert non consignantes, minime ut non consignantes, sed ut retinentes, in quantum scilicet supponitur retinere libros, quos non consignat. Constat ex ipsis verbis ejusdem Bullae prope finem, his verbis:

*Volentes autem, quod ii, qui libros Lutheranos, seu alios praedictos infra spatium, & terminum hujusmodi dicti Inquisitoribus consignaverint, nisi ipsi aliam, quam ex retentione librorum hujusmodi haereticos, seu de fide suspecti fuerint, eo ipso etiam absque aliqua desuper factura abjuratioe, & scripturis, & poenis properas solan incurrit in auctoritate suo absoluti sint, & esse censentur, pro nullo, &c.*

Pura igitur non consignatio non afficitur censura; bene vero retentio, idque tantum de libris prohibitis prima classis, & à fortiori.

474 Eadem ratione, non consignantes, sed comburentes libros Catholicorum prohibitos, quia continent haereticum, aut falsi dogmatis suspensionem, incurrit censuram Indiciis, de qua n. 331. minime ut non consignantes, sed ut notabiliter retinentes.

Constat ex tenore ipsarum prohibitionem librorum secundae classis, nempe Aulhorum Catholicorum, & novissime ex prohibitionibus, quas fecit Innoc. XI. Ubi *Cum sicut accepimus*, de 16. Sept. 1680. alia, *Cum sicut accepimus*, de 16. Febr. 1687. Ubi fuit excommunicatione majori interdictum lectionem, & retentionem quorundam librorum; deinde obique ulla excommuniatae censura praecipit, ut qui eos habuerint: *Teneantur evadere, atque consignare locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus, qui exemplaria sibi servanda illis sive ab aliis abolerent.*

475 Non consignantes vero, sed comburentes libros haereticorum haereticum non continent, nec de Religione tractantes, aut libros Catholicorum prohibitos non ob haereticum, vel ejus, aut falsi dogmatis suspicionem, sed ob aliam causam, etiam si sint notabiliter retinentes, peccant mortaliter, sed nullam censuram incurritur; quia tales retentores nulla censura afficiuntur, juxta dicta n. 434.

QUERES II.

476 An possit quis sine peccato libros hereticos per se comburere, si non valcat eos sine suo gravi damno aut periculo Inquisitoribus configurari?  
**R**esp. affirmative, si timor damni, & periculi sit verus, & prudens, Leander de conf. l. 3. disp. 9. q. 73. Bordonus in Bulla Cane. c. 1. n. 108. Sanchez, Faguu. Trullench. & alii apud illum. Quia lex humana non obligat cum tanto detrimento. v. n. 271.

477 Sed difficultas est in assignando, cujus mali timor possit ex huiusmodi librorum configuratione contingere, Bordonus cit. ait:  
 Dicendum existimo excusari eam, non solum qui bona fide à se ipso comburere: sed etiam qui metu pœe, aut quia ipse librum composuerit, aut quia sine facultate legit, vel retinuerit, à se ipso comburere. Nam alias & finis legis habetur, quod scilicet liber supprimatur, & ad simplicem actum obedientiam non videtur eum tanto discrimine esse obligandum.

478 Sed rite id non probat Dian. cit. his verbis:  
 Sed ego non video, quare legens hereticum librum absque facultate possit illum comburere, & non potius Confessario præbere, ut illum desinat Inquisitoribus? & se observatis Constitutionibus Pontificum absque periculo, & discrimine socr. 479 Alde, hanc censeri sponte comparantem. Hinc Julius III. nu. 308. relatus, non

consignantes ibi expressos, ex retentione, quam supponit, non præcipit, ut puniantur, sed illis indulget, ut facta configuratione, abique aliqua abjuratone, à censuris, & penis ex retentione incurris, eo ipso in utroque sero sint absoluti.

480 Melius Leander cit. assignat:  
 Cum enim Dominus Inquisitor, quando libros hereticos illis deservit, interrogat deserventem, unde illum habuerit, an illa usus fuerit, & bene illud habuerit, an illa usus fuerit, & bene illud daratum deserventi evenire.

481 Illud mihi verum, quod non potens libram heretici Inquisitori detere, vel quia ei opportunitas desit, vel quia aliqua rationalis causa id non permittit, & inde fit ad illius librum diu apud se retinere, in quoque opportunitas suppetat: tunc potest illum propria auctoritate comburere, quia ex una parte ad impossibile nemo tenetur: v. nu. 190. & ex alia melius facit quis comburendum, quam serpentes pulchrum quia, sed re peritorem, apud se, cum sui, aut aliorum periculo, retinendo; sola curiositas humane conditioni novitatis amica connaturalis sufficientes dabit facultatem ad legendum impulsus. Cuius autem fortitudinis se jactabit luteum pigmentum, ut in occasione labendi diu permanent, ne frangatur, securum: v. n. 365.

PARS TERTIA.

De Denunciationibus faciendis pro Confessariis sollicitantibus.

Unum omnino hic monitum volo, Casus nimirum, qui in hac tertia parte exposuimus, figuratos, & fictos fere esse, non veros, & solum apponi, ut sint Confessariis lumen, ac regula ad Sacramentum Penitentiae studiose, ac vigilanter tractandum.

CAPUT I.

De Bullis, & Decretis circa onus denunciandi Confessarios sollicitantes.

482 **O**nus denunciandi Confessarios sollicitantes ad sanctum Tribunal Inquisitionis, habetur ex Constitut. Pauli IV. 16. Aprilis 1561. Pii IV. 6. Aprilis 1564. Clem. VIII. 3. Decembris 1592. Pauli V. 16. Se-

ptembris 1608. & Gregor. XV. 30. Augusti 1621. quæ Bullæ differunt in hoc, quia Pius, Clemens, & Paulus comprehendunt solum eadum sollicitationis multorum in actu confessionis, pro Regnis Hispaniæ, Portugalliæ, & Algariorum; Gregor. vero dilatat, comprehendendo casus sollicitationis cujuslibet persone, etiam extra occasionem confessionis, in Confessionario, & pro toto Orbe terrarum; obligando insuper Confessarios, ut

ut penitentes de tali obligatione moveant his verbis:

Gregorius Papa XV.

483 **U**niversi Domini et gregis curam, &c. statumque, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes, tam Seculares, quam Regulares cujuscunque dignitatis, &c. qui personas, quocunque ille sint, ad inbonestâ, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perseverando in acta Sacramentalis confessionis, sive ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa Sacramentalis confessione non secuta, sive extra occasionem confessionis, in Confessionario, aut loco quocunque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiende electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & in bonos se commoverint, sive tractatus habuerint, in Officio S. Inquisitionis severissime ut infra, puniantur &c. mandantes omnibus Confessariis, ut suos penitentes, quos vocaverint sibi ad alium usum supra sollicitantes, moveant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, ut præsertim tractantes, Inquisitores, seu locorum Ordinarios prædicent. Quod si hoc officium prætermiserint, vel penitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, ut supra, in eodem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpe punire non negligant, &c. Datum Rome, &c. die 30. Augusti 1623.

484 Bulla igitur Gregor. XV. est norma, & regula in hac materia, ita ut casus, qui in ea comprehenduntur, sint oneris denunciationis; secus qui aliter. Ut autem distinctius, & clarior procedam, singulas eius particulas expendimus, pro Regnis Hispaniæ, Portugalliæ, & Algariorum, qui suo muneris in tam gravi negotio satisfacere cupiunt, ut aures erigant, & studiose animadvertant horror.

CAPUT II.

De prima Clausula.

Omnes, & singuli Sacerdotes.

QUERES I.

485 An Sacerdos jurisdictionis carens, fingens eam habere, preberetur sub dicta clausula, & sit denunciandus?

**E**um non comprehendit, & non esse exinde denunciandum, tenet Bord. in Trib. fidei c. 23. n. 64. & Leander de Sac. penit. tract. 5. disp. 23. qu. 39. quia alati Pontifices, & ipse

Gregor. in sua narrativa expresse loquuntur de Sacerdotibus deputatis ad confessiones; uode particula posterioris, Omnes, &c. referuntur ad priores; quia relatum est in referente, Barb. axiom. 201.

486 Resp. tamen, omnino comprehendit, & esse denunciandum ex vi Bullæ Gregor. Dian. tract. c. v. § 8. Caltrayal. quia per particulas Omnes, & singuli, comprehendit omnes Sacerdotes tam distributive, quam collective, ut nullo, qui sit Sacerdos, excipitur; simplex autem Sacerdos non approbatus, fingens esse approbatum, vere, & proprie est Sacerdos, adeoque comprehenditur; nam eo ipso, quod fingit esse approbatum, habetur iuris à lege Gregor. expressus, ne pro medicina venenum, pro pane alpidem porrigat, in Ecclesia pernicem. Et ita, si penitens accedat pro confessione ad simplicem Sacerdotem, quem putat esse Confessarium, ille vero eam lingueus in bona fide excipiat, & in confessione, aut immunde polli, vel ante, etiam confessione non secuta, aut absolute non data, sollicitet, est denunciandus. Suam sententiam revocat Bord. in man. consult. de anno 1692. fidei. 25. n. 5.

487 Ad rationem in oppositum, Gregor. in principio Bullæ loquitur de Sacerdotibus deputatis, non ex propria mente, sed referendo expresse dispositiones suorum antecessorum, qui de deputatis loquuntur, illasque confirmat, & post earum confirmationem, in odium tanti sacrilegii, motu proprio dilatat onus denunciandi tam quoad casus, quam quoad personas tam sollicitantes, quam sollicitantes, quod ut vidimus monet. 488. alii Pontifices non fecerunt, unde dispositio Gregor. referunt ad Sacerdotem deputatum, non sub restrictione verè depretri, sed sub universalitate veri Sacerdotis: & quia simplex Sacerdos fingens fedepartum ad confessionem, est vere Sacerdos, ideo comprehenditur sub lege Gregor. tum quia hec intelligenda sunt secundum proprietatem verborum, 1. non aliter, ff. de legat. 2. leg. fin. Cod. de his, qui ven. Glos. addit. Clem. II. de scriptis. Barb. axiom. 122. & lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, l. de pretio, & de publica in rem act. ex cap. solita de major.

488 Nec officit, quod à simplici Sacerdote non ferret Sacramentum, præsertim si non absolveret. 1. Quia accusatio est Sacramentalis, quantum sufficit ad obligationem sigilli Sacramentalis. 2. Quia Gregor. non requirit confessionem, ut patet per illas particulas, Confessione non secuta: v. n. 536.